UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologōn diaphorōn syngrammata palaia kai orthodoxa

Gessner, Conrad

Tiguri, 1560

VD16 G 1810

Aeneae Gazaei Platonici, Philosophi Christiani Theophrastvs, Sive De Animarvm Immortalitate, Et Corporvm Resvrrectione Dialogus, è Græco in sermonem Latinum conuersus, Ioanne Vuolphio Tigurino ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-72021

Visual Library

ΑΙΝΑΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ, ΗΤΟΙ ΠΕΡΙ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ ΨΥΧΩΝ ΚΑΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΣΩΜΑΤΩΝ, ΔΙΑΛΟΓΟΣ.

AENEAE GAZAEI PLATONICI, PHILOSOPHI CHRISTIANI

THEOPHRASTVS, SIVE DE ANIMARVM IMMORTALITATE, ET CORPORVM RESVRRECTIONE DIAlogus, è Græco in sermonem Latinum conuersus, Ioanne Vuolphio Tigurino interprete.

Αἰνείου πόνος οὗτος, ὃς ἔξοχος ἀσίδι μέσσῃ,
Ῥήτορος ἐκ γεγαώς, καὶ θειοτέροις ἐνὶ μύθοις,
Τοὺς νῦν καὶ τοὺς πρόσθε παρέδραμεν, ὡς τόδε γράμμα
Ἀτρεκέως ἤλεγξε. μηκέτι πικνύη. *
Γάζα μέγα φρονέοις, ὅτι τοῖα πάτρις ἐτύχθης,
ὅστις καὶ ῥητῆρ' Ἐπιφάνιον ἐξεδίδαξεν.

Exemplar Græcum suppeditabat nobilis bibliotheca Reipublicæ Augustanæ Vindelicorum.

PER ANDREAM GESNERVM F.
M. D. LIX.

(Zürich!)

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

I. Οτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων προβιοτή.

II. Ελεγχος τῆς παρ' Ἕλλησι λογομαχίας.

III. Οτι οὐ μεταβαίνει εἰς ἄλλους ἀνθρώπους, καὶ ἄλογα ζῶα ἡ ἀνθρωπεία ψυχή. καὶ περὶ προνοίας.

IIII. Διὰ τί τῶν τικτομένων τὰ πάθη.

V. Οτι χρήσιμον τῆς τελευτῆς τὸ διάφορον.

VI. Οτι γίγνονται καὶ ἀθάνατοι αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί.

VII. Οτι πεπερασμέναι καὶ οὐκ ἀπέραντοι. καὶ περὶ κόσμου γενέσεως. καὶ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς. Καὶ ὅτι οὐ πολλὰ ἅμα σώματα τῆς μιᾶς ψυχῆς, ἀλλ' ἕν. ὃ καὶ ἀνίσταται καὶ ἀθανασίας μεταλαγχάνει.

VIII. Διὰ τί μὴ καὶ τῶν ἀλόγων ἀνάστασις γίγνεται.

IX. Οτι κἂν τῷδε τῷ βίῳ γέγονε πολλάκις νεκρῶν ἀνάστασις, πρὸς ἀπόδειξιν τῆς μελλούσης.

CLARISSIMIS VIRIS, D. HIERONYMO FROBENIO, ET D. NICOLAO Episcopio, typographis Basiliensibus, Iohannes Vuolphius Tigurinus S. D.

ALIAS me res scribere ingressum, Viri clariss. & ijs libris, quos aliquot ante annos inchoaueram, perficiendis intentum, è cursu ipso reuocauit uoluntas Conradi Gesneri medici nostri, atque uestra. Cùm enim is pro sua erga me beneuolentia summa ac propè singulari, Aeneæ librum hunc ex illa nobili Reip. Augustanæ bibliotheca sibi suppeditatum, mihi describendum, anno superiore, concessisset: uósque deinceps Philonis uestri libris quid potissimum adiungendum, ipse existimaret, rogassetis: ille ut hūc ipsum ad ueterem traductionem comparatum atque emendatum uobis darem, me rogauit. Ego uero: tametsi mihi tunc fuisset longe alia studij ratio proposita, atque etiam in multis & uarijs occupantibus meis parum temporis superesset: tamen & illi uiro doctissimo, & de me optime merito, & uobis uiris clarissimis, præsertim præclaram, reíque publicæ salubrem rem petentibus omnino obsequendum duxi. Ac primum quidē Græcum exemplar meum cum translatione ueteri contuli, quæque deerant addidi: deinceps autem cum Basileam uenissem, túque Episcopi nouam te traductionem meam, quàm ueterem interpolatam malle, & mihi tunc dixisses, & deinceps Tigurum reuerso, tuis ad me literis significasses: etiam in eo ipso, ut ne tibi roganti deessem, operam dedi. Idque feci eò libentius, quod rerum pariter & uerborum ordo non idem in translatione ueteri seruatus esset, quem Græcus liber meus haberet: quódque alicubi integra folia, alicubi multi uersus, interdum uerba quædam deessent. Quam me rerum confusionem digerente, desiderataque uerba atque folia, ad restaurandum & implendum ipsum opus adscribente: ne quis suam ueteri interpreti conuersionem uel temere mutatam, uel rebus ab ipso consultò prætermissis auctam, uel etiam deprauatam quereretur: uestro consilio factum est, ut sua illi salua manserit, & ad meum Græcum exemplar facta conuersio noua habeatur. In qua profectò fateor, me & temporis angustia, & negocijs subinde nouis ingruentibus impeditum, non quantum uolui, quantúmque fortassis, animo magis uacuo, & à negocijs liberiore potuissem, præstitisse: ausim tamen hoc uobis polliceri, hunc iam librum, si non elegantiorem & faciliorem, saltem pleniorem & perfectiorem factum. Nam de mea cōuersione nihil quicquam dicam, nisi me studuisse, ut bona fide Græca redderem Latinis, eáque interdum etiam facerem planiora. Quod si consecutus sum, non dubium est, quin optimis quibusque gratissimum fecerim: sin aliquod, seu ignorantia, seu obliuione peccatum sit commissum, equidem admonitus & libenter agnoscā, & diligenter emendabo. Istum enim librum dignum existimo, qui & fideliter & eleganter conuertatur. Quorum alterum ipse quidem studui, alterum autem, ut neque à proposita re, neque ab authoris uerbis recederem longius, minus potui præstare. Spero tamen æquis & alienis ab inuidia animis, uel ipsa uoluntate & studio satis factum esse. De authore uerò, quis fuerit, quóque tempore uixerit, certi nihil inuenio, sed uerisimile tamen existimo, quod Beatus Rhenanus, ex historia persecutionis Aphricę, sub libri finem adducta colligit: eum circa Zenonis & Anastasij tempora floruisse. Res autem ipsa, quam hoc libro docet, digna est & necessaria cognitu, his præsertim tam deperditis moribus & temporibus: quibus plerique mortales, uitam sic instituunt suam, ut cœlestis illius & sempiternæ uitæ, nulla neque cura tangi, neque spe & fiducia confirmati, sed hac terrena, quam præsentem habent si lauta ac quieta potiri queant, contenti esse uideātur: quibus rursus aliqui eò proteruiæ & impietatis processere, uti sibi nostram illam, licet certissimis ac solidissimis confirmatam argumentis, de sempiterna posthanc futura uita, spem è medio omnem tollant. Præclaram igitur, & ad hęc tempora aptam, quasique accommodatam operam noster hic Aeneas nauat: qui non solum animas esse immortales, uerum etiam corpora, ad ineundam cum animabus suis nouam, eamque sanctam & sempiternam societatem, resurrectura docet. Ac quoniam, ut principibus artis disserendi doctoribus & magistris placet, quæ ad faciendam fidem pertinent, in confirmationem & in reprehēsionem diuiduntur, eandem ipse etiam docendi uiam ac ra-

tionem seruat. Axitheum enim è Syria, qui prima diuinam hanc doctrinam hauserat, in Aegyptum ad Theophrastum Philosophum Atheniensem ducit, cum quo partes aduersarias defendente, ipse pro ueritate pugnet. Qua in disputatione, quoniam remotis è medio uanis ac falsis opinionibus, tanquam impedimentis, facilis ac plana ad ueritatem uia patet, Theophrasto priores disserendi partes attribuuntur: nempe ut is, quod sui erat muneris atque officij. Philosophorum omnium, siue ueterum siue recentium, ut Heracliti, Empedoclis, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Academicorum, Stoicorum, Aegyptiorũ, Plotini, Numenij, Porphyrij, Iamblichi, & aliorum opiniones cômemoret. Veluti quod queritur, an hic uiua prius extiterit anima, & post iterum sit uictura: utrum anima humana ex corporib. alijs in alia tam brutorum animantium, quàm hominum commigret: quibus ex causis accidant ijs, qui procreati sunt, perturbationes & arumnæ: quamobrem non idem sit omnibus constitutus mortis terminus, uitæq; finis: multáque generis eiusdem alia. Axitheus autem, cui partes confirmandæ ueritatis sunt attributæ fallas illas, quas Theophrastus retulit, philosophorum opiniones confutans, & ueras ac certas ad confirmandam ueritatem rationes afferens introducitur. Eæ ferè omnes ab optimi maximi patris uoluntate, & sapientia, & potentia deducuntur. Velle enim hoc Deum, ut homo totus reuiuiscat, ac uel æternum uirtutis præmium assequatur, uel commissorum scelerum pœnas sempiternas luat: cùm multa alia, tum uerò maxime hæc ipsa, quæ in rerum gubernatione & conseruatione cernitur, prouidentia, itémque summæ illæ dotes homini concessæ, quasi quædam æternitatis illius indices atque nunciæ, certissime nobis attestantur. Præstare uero opificem illum tanta sapientia, uti possit partes hominis, seu collapsas erigere, seu consumptas restaurare, seu eò unde collectæ fuerát reuersas rursus inuenire & colligere: argumento sunt artes & scientiæ, & rerum absconditarum atque mirabilium inuentio cognitióque, quas, ut res ipsa comprobat homines non aliunde, quàm ex illo omnis sapientiæ fonte promanantes hauserunt. Eum ipsum etiam habere sese tantam uim atque potentiam, ut mortuis uitam facile reddat, résque abs se procreatas, perinde ut uelit, aut frangat, aut saluas conseruet: earum quas in cœlo, terra, aquis: itemq; in rerum seminibus, in plantis, in brutis animantibus, in ipsis denique hominibus admirabiliter agit, rerum usu atque obseruatione facillime comprobatur. Quas res Axitheus noster egregie persequens & compluribus argumentis & similibus: & exemplis, & euentis comprobans: tandem exclamat, minuendas atque explodendas esse illas Philosophorum opiniones, quod eas asserendo, plus hominibus uirium atque potentiæ, quàm eorum ipsorum parenti & omnipotenti procreatori Deo tribuatur. His ita ad hunc modum adductis atque explicatis, Theophrastus ille tandem ad agnitionem & confessionem ueritatis adducitur. Quæ ueritatis proponendæ & demonstrandæ ratio, hoc ipso mihi probatur magis, quòd eadem quoque Domino nostro Iesu Christo, illi ipsi nostræ salutis uitæq; uindici, sanctisque eius Apostolis usurpata fuit. Christus enim hac ipsa de re, cum Sadducæis, planè prophano hominum genere, disputans, eorum argumenta primum refellit, & erroris causam in ignoratione sacrarum literarum, & uirtutis, & sapientiæ Dei, monstrat: tum autem argumenta à natura dei petita ad faciendam fidem affert. Eandem autem Paulus Corinthijs suis scribens, uiam demonstrationis sequitur: quando initio, quæ ex opinione contraria consequuntur, absurda commemorat, & deinceps ex sacris literis pariter & ex rerum natura sumptas, ad confirmandam resurrectionis uitæq; sempiternæ spem, rationes solidas affert. In quam sententiam Diuus Augustinus sub finem magni illius de ciuitate dei uoluminis multa scribit. Nec prætermittendum est etiam quod Eusebius in libris præparationis Euangelicæ docet, Platonem ex Mose tantum didicisse, ut confiteretur mundi mutationem, resurrectionem, iudicium apud inferos fore. Ac quoniam, ut noster hic Aeneas sub finem sui libri scribit, ipse etiam Plato suis placitis eatenus standum dixit, dum quis ipso sapientior adueniat: sanè quæ Plato confessus est aliquando futura, cum iam ipsa Dei patris sapientia, Christus plenius ac melius doceat expectanda, de ueritate non possumus amplius dubitare. Eodem referendum est etiam quod Athenagoras Atheniensis libro peculiari, & Lactantius in Institutionibus, ex Cicerone & Sibyllis docent. Ex quibus omnibus multísque alijs, quæ ut ne sim longior, prætereo, perspicuum fit, quantum sit huic libro tribuendum, quantíque referat eum ad fidem Græci codicis emendatum, & restitutum, &

iterum

iterum in lucem editum esse. Vobis autem, uiri clarissimi, hunc à me in sermonem Latinum iterum conuersum, eò mitto & dedico: quòd eum uos in illa celeberrima & optimorum librorum feracissima officina uestra, iam antea quoque editum, quasi proprium possidetis: quod uos soli cum paucis, non modo religionem, theologorum ueterum editione, uerùm etiam omnium artium studia, suppeditatis ex officina uestra libris, adiuuatis: quod denique me & ante annos sedecim Francofordiæ, & deinceps Basileæ, quoties isthuc ueni, summa beneuolentia complexi semper estis: ac nuper etiam Origenis libris recens editis donauistis. Quamobrem cum ego ad referendam uobis gratiam plus uoluntatis quàm facultatis habeam: hac dedicatione effectum puto, ut extet uel in illo opusculo, & uestræ erga me beneuolentiæ, & paratæ ad remunerandum uoluntatis meæ memoria quasi sempiterna. Valete. Datæ Tiguro, Calen. Februarij, Anno ab orbe redempto,

M. D. LVIII.

ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΤΑ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ, ΑΞΙΘΕΟΣ ΣΥΡΟΣ, ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

INTERLOCVTORES. AXITHEVS SYRVS. THEOPHRASTVS ATHENIENSIS. AEGYPTVS ALEXANDRINVS.

AEGYPTVS. Quonam tendis, & unde nobis ades Axithee? Axith. A Syris quidem huc aduenio, & ad Athenienses contendebam Aegypte: sed uentus finister nauim uiolenter abripuit, atque interrupit nauigationem. Quò fit ut tibi nunc adsim, Nilum quidem non autem Ilissum, Pharum non Piræum intuens. Aegyptus. Magnam me hercle uento gratiam habeo, qui te ui sua actum ad amicos aduxerit. Sed obsecro te, num adhuc meministi Hieroclis & eius, quam is docebat, philosophiæ: quem nos pueri in philosophia præceptorem habuimus: quando nobis hoc ipso, quod mutuum amaremus, permultos amicos conciliabamus? Ego uerò haud scio an unquam tantopere doluerim, quàm cùm ipse multa ac uaria sapientia repletus & excultus hinc ad Syros tuos discedens. Ac longum quidem tempus hoc est: sed tamen amorem in te meum haudquaquam interrupit, magisq́ in eodem ipsum, quo te discedente fuit, uigore conseruauit, utut multis annis te nec uiderim, nec uisurum unquam sperauerim. Igitur mihi bona quædam fortuna ad id, ut in conspectum meum mihi redderere, nũc adiumento fuit: téque mihi tantopere petitam prædam, optima uenatrix ipsa, præter spem meam est assecuta. Axith. Iam uerò cum ea, quam dicis, fortuna consentit, nec sinister est, sed gratiosus & amicitiæ nostræ amicus uentus, qui amicum amico transmiserit. Verùm dic mihi num adhuc sint apud nos aliqui, qui perinde ut Hierocles præceptor noster consueuerat, philosophiæ mysteria doceant? Et utrum eorum scholas adeant nobiles aliqui & boni adolescentes, cuiusmodi erat Protagoras ille Lycius, qui mihi ætate quidem par atque æqualis fuit, sed me uenustate & ingenio longe superabat. Aegypt. Olim quidem uigebant hic præclara illa humanitatis studia, uerùm iam periere prorsus & dissoluta sunt. Nam qui in numero discipulorum sunt, ij prorsus abhorrent à discendi studio: qui uero doctorum personas suscipiunt atq; gerunt, ij docẽdi uiam ac rationem prorsus omnem ignorant. Orchestrã quidem & circus abundant hominum frequentia ac turbis: at Philosophorũ auditoria, & Musis sacra loca sunt in uastam atq; asperã solitudinẽ redacta. Axith. Eadẽ ipse quoq; suspicatus Aegypto præterita Athenas cõtendebam, exploratũ uidelicet, an sapiens

1 ΑΙΓΥΠΤΟΣ. Ποῖ δὴ καὶ πόθεν Ἀξίθεε. Ἀξιθ. Παρὰ τῶν σύρων ἥκω πρὸς Ἀθηναίους ὦ Αἰγύπτιε. σκαιὸς δέ τις ἄνεμος τὴν ναῦν ἐκβιάζεται, καὶ προκαταλύει τὸν πλοῦν. καὶ ἰδού σοι πάρειμι. τὸν νεῖλον οὐ τὸν ἰλισσὸν· τὴν δὲ φάρον οὐ τὸν πειραιᾶ θεώμενος. Αἰγυπτ. ἢ πολλὴν χάριν οἶδα τῷ πνεύματι, ὅτι σε παρὰ φίλους καταγεῖν ἐκβιάζεται. ἦ οὐ μέμνησαι τοῦ ἱεροκλέους, καὶ τῆς ἱεροκλέους φιλοσοφίας, παρ᾽ ᾧ φιλοσοφίαν ἐκ παιδὸς, καὶ ἀλλήλων ἐρώντων, πολλοὺς ἔχομεν τοὺς ἐραστάς. Ἐγὼ γοῦν οὐκ οἶδα τοσοῦτον ἀλγῆσαι, ὡς ὅτε παρ᾽ ἡμῶν ἀπῆρες ποικίλης σοφίας σεαυτὸν γεμίσας τοῖς σύροις. καὶ συχνὸς μὲν ὁ χρόνος. οὔπω δὲ κατέλυσε τὸν ἔρωτα. ἀλλ᾽ ὁμοίως ἀκμάζει, ὥσπερ ἂν εἶχε ὅτ᾽ ἀπῆρες, καί τοι πολλῶν ἐτῶν οὐκ εἶδον οὐδὲ ᾤμην ὄψεσθαι. ἀλλά μοι τύχη τις συναγωνιζομένη, τὸ ποθούμενον παρ᾽ ἐλπίδα θηρεύει. Ἀξιθ. Νῦν τῇ τύχῃ συνῆδον, καὶ οὐκ ἄρα σκαιὸς ἦν ὁ ἄνεμος. ἀλλ᾽ εὔχαρίς τε καὶ τῷ ἔρωτι φίλος. εἴγε τῷ ἐραστῇ παραπέμπει τὸν ἐρώμενον. ἀλλ᾽ εἰπέ μοι, ἔτι παρ᾽ ἡμῖν εἰσὶν οἱ τῆς φιλοσοφίας δεικνύντων τὰς τελετὰς οἷος ἦν ἱεροκλῆς ὁ διδάσκαλος, ἔτι δὲ φοιτῶσιν νέοι καλοὶ κἀγαθοί· οἷος ἦν πρωταγόρας ἐκεῖνος λύκιος, ὁ ἐμοὶ μὲν ἡλικιώτης, κάλλει δὲ καὶ εὐφυΐα προήκων. Αἰγυπτ. Πάλαι μὲν ἦν τὰ καλὰ, νῦν δὲ οἴχεται καὶ διαλέλυται. ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἐθέλει μανθάνειν, εἰς τοὺς μαθητὰς ἐγγεγραμμένος. ὁ δὲ διδάσκειν οὐκ οἶδε, τὸν μυσταγωγὸν ὑποκρινόμενος. ὀρχήστρα μὲν εὐθηνεῖ καὶ ἱπποδρομία· φιλοσοφία δὲ καὶ τὰ μουσεῖα εἰς δεινὴν ἐρημίαν ἀφῖκται. Ἀξιθ. Ταῦτα καὶ αὐτὸς ὑποπτεύων, τὴν αἴγυπτον παραδραμὼν, τὰς Ἀθήνας ἐζήτουν·

εἴτις που σοφὸς παρὰ ἀθηναίοις ὑπολέιπεται, βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, ὃ τοῖς τε πάλαι καὶ τοῖς νῦν πολλὴν παρέχει τὴν ἀπορίαν, ὡς ἄλλοτε ἄλλα καὶ περὶ αὐτοῦ διαλέγεσθαι. Αἰγυπτ. Ἔχεις ὦ φιλότης, τὰς ἀθήνας. εἰ γὰρ μήτε τὴν ἀκρόπολιν, μήτε τὰ προπύλαια, μήτε τὰ νεώρια βούλει θεωρεῖν, ἀλλ' ἄνδρα σοφόν. κατῆρεν ἡμῖν τὸ μέγα κλέος ἀθηνῶν ὁ Θεόφραστος, καὶ τρίτην ἄγει ταύτην ἡμέραν. ἀλλὰ παρ' αὐτὸν ἴωμεν, παρ' ἐκείνου μάθοις ἂν ὅτι ζητεῖς, ἢ μάθοις ἂν ὡς οὐδὲ παρ' ἀνθρώπων τοῦτο προσήκει ζητεῖν. οὐ γάρ ἐστιν οὔτε παρ' ἀθηναίοις, οὔτε παρ' ἄλλοις θεοφράστου σοφωτέρους περιτυχεῖν. Ἀξίθ. Ἕρμαιον λέγεις. εἰ παρὰ τὸν νεῖλον εὕροιμεν ἂν τὴν τῶν Ἀθηναίων φιλοσοφίαν· ὡς μήτε μεγάλα πελάγη διατέμνειν, καὶ ταῦτα μανθάνειν. ἀλλ' ἴωμεν, ἤδη γάρ με Θεοφράστου πεποίηκας ἐραστήν. Αἰγυπτ. ἥκω σοι τὸν Ἀξίθεον ἄγων ἀντεραστὴν ὦ Θεόφραστε. ἐρᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς φιλοσοφίας. Θεοφ. ἦ μάλα μοι παλαιὸς φίλος Ἀξίθεος. εἴγε φιλοσοφίας ἐραστής. καλὸν γὰρ καὶ σπάνιον τὸ χρῆμα. ἐπεὶ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἔνθα μάλιστα διεφάνη φιλοσοφία, παντελῶς ἄγνωστος καὶ ἐς τὸ μηδὲν ἀπέρριπται. Ἀχίθ. μάτην ἄρα πρὸς ἀθηναίους ἐκομιζόμην, εἰ μηδένα φὴς ἀξιόχρεων καταλιπεῖν τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι. οὐ μάτην δὲ προκατέλυσα τὸν πλοῦν, εἰ κατὰ θεῖον τὸν φιλοσοφίᾳ προήκοντα, καὶ τῶν Ἀθηναίων τὸν κράτιστον παρὰ τὸν νεῖλον εὑρίσκω. ἀλλ' εἰπέ μοι. λέγει γὰρ ὁ Αἰγύπτιος ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλοθεν ἢ παρὰ σοῦ μανθάνειν· ἔξεστιν ἐρωτᾷν ὅτι καὶ βούλομαι. Θεόφ. Ἐρώτα δὴ εἴπερ μοι βούλει χαρίζεσθαι· οὐδεὶς γάρ με πολλῶν ἐτῶν ἠρώτηκε καινὸν οὐδέν.

Ἀξίθ. Εὐτυχοῦμεν εἴγε μανθάνειν ἔξεστι, καὶ τῷ ἐκδιδάσκοντι χαρίζεσθαι. πρότερον ἐνταῦθα προβεβίωκεν ἡ ψυχὴ καὶ πάλιν βιώσεται. ἢ τὸν παρόντα βίον βεβιωκυῖα, τῶν τῇδε πραγμάτων ἀπηλλάγη. Θεόφ. Προβεβίωκε καὶ βιώσεται. τουτὶ γάρ με διδάσκειν ἐθέλουσιν οἱ πάλαι σοφοί. Ἀξίθ. Λέγεις ὡς πολλάκις ἡ αὐτὴ ψυχὴ κάτεισιν εἰς τόνδε τὸν βίον; Θεοφ. λέγω γ' μὲν οὖν εἰ μή τι σοφώτερον λέγεις. Ἀξίθ. Ἥξει δὲ πάλιν ἑκοῦσα, ἢ ἐξ ἀνάγκης.

Θεόφ. Ἐγώ σοι διανοίγειν ὥσπερ ἐν ἱεροῖς πειράσομαι τὰ τῶν παλαιῶν ἀπόρρητα.

an sapiens aliquis apud Athenienses superesset. Id enim uelim ab eo sciscitari, quod & apud priscos & apud nostros homines sępe & multum in quæstionem uenit, at adeò dubiũ & incertum fuit, ut de eo aliter atque aliter sit disceptatum. Aegypt. Habes hic, ô amicum caput, ipsas Athenas, ni malis arcem, aut propugnacula, aut naualia, quàm sapientem uirum uidere. Appulit huc ad nos magna Athenarum gloria, Theophrastus, & tertium hic iam agit diem. Sed agedum ipsum accedamus. Ab illo disces quicquid rogaueris: sin minus hoc, disces tamen illud ipsum ab homine ne quæri quidem oportere. Neque enim fieri potest ut uel Athenis uel uspiam alibi Theophrasto sapientiorem hominem nancisci queas. Axith. Diuinum quiddam ac sane quàm auspicatum narras: quando penes Nilum philosophiam Atticam inuenio, ac propterea, ut hanc discam, immensa maria percurrere non cecesse habeo. Sed eamus ad illum, iam enim effecisti me Theophrasti illius amantissimum. Aegypt. Venio Theophraste, mecum adducens Axitheum illum, quasi quendam riualem meum, qui philosophiæ studia perinde atque ego amplectitur. Theophrastus. Veteris amici loco mihi sanè fuerit hic Axitheus, quando philosophiæ studio ducitur. Hæc enim & præclara & rara quædam res est: quippe quæ Athenis, qua in urbe quondam illustris fuit, iam prorsus est obscurata atque in nihilum redacta. Axith. Igitur frustra Athenas ferebar, si nemo, quem admodum ipse aperis, isthic superest, qui ad propositam quęstionem quamque possit respondere: miniméque frustra nauigationem interrupi meam, quando mihi ceu deo ad philosophiam duce, præcipuum Atheniensium uirum ad fluenta Nili reperio. Sed quæso te, quoniam dicit Aegyptus, non posse me ex quoquam melius quod uelim, quàm ex te cognoscere: an ne mihi licet, quacunque de re libuerit te percontari? Teoph. Quin percontare, siquidem mihi uelis gratum facere. Neque enim quisquam multis iam annis noui quicquam ex me quæsiuit.

2. Axit. Perbeati nobis uidemur esse, quibus dat̃ & discere, & hoc ipso ꝙ discere uolumus, doctori gratũ facere. Igit̃ quęro, nũ hic uiua prius extiterit anima, & postiterũ sit uictura: an etiam peracto uitæ præsentis cursu, rebus humanis soluta ac libera sit futura. Theoph. Et uixit antea, & est omnino iterum uictura, siquidem uerum est quod sapientes prisci tradiderunt. Axith. An statuis eandem animam in humanam hanc uitam iterum atque iterum descendere? Theoph. Sanè quidem hoc ipsum dico, nisi tu quid sapientius proferas. Axith. Sed est ne sua sponte, an necessitate quadam acta reditura?

3. Theoph. Ego tibi ueterum arcana, quasi in sacrario quodam sedens, pandam.

Heraclitus igitur, qui idem ſucceſsionem eſſe neceſſariam uoluit, animam ſurſum & deorſum ferri ſtatuit. Eſſe etiam aiebat immodici laboris apud ſuperas eodem ſubinde loco fatigari, & cum Dijs habere cõmercium, eorúmque imperio ſubijci. qua de cauſa non ſolum quietis & ocij deſiderio, uerùm etiam libertatis ac dominationis ipſe excitatam animam dictitabat à ſuperis in terras deſcendere. Ab hac autem opinione deterret nos Empedocles, qui dicit lege cautum eſſe, ne quæ peccatorum aliquorum reæ ſunt animæ, poſſint inde deſcendere: nimirum ad id ipſum ſenſim acedens quod Pythagoras etiam ſub obſcurè ſignificauit. Proauus autem noſter Plato multa præclarè de anima diſſeruit. ac de hac eius ſiue motu ſiue inceſſu multa cùm dicat, non ubique eadem dicit. Et in Phædone Socrates quicquid ſenſum habet, honore omni quaſi exſpoliat, & eam quæ eſt animæ cum corpore coniunctionem ſic reprehendit, ut animam quaſi uinculis conſtrictam, atque in corpore quaſi in quodam tumulo ſepultam cõqueratur: tum uetus illud quaſi mysterij loco habitum dictum probet, *ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐπειδὴ ἀφικόμεθα γεγόναμεν*: Id eſt, Quaſi in quodam carcere, poſtquã huc uentum eſt, fuimus. Quod Empedocles *ἄντρον*, Plato uerò in lib. De republ. nomine *σπήλαιον* appellarunt. Quod denique anima hinc emigrat, id aliud nihil eſſe, ait ipſe, quàm uinculis ſolui, & ex antro effugere. Aliàs autẽ in Phędro Socrates dicit, ſe uidere animas quaſi pẽnis ſenſim nudatas deſcendere: ac nonnullas pennis iam diffluentibus grauatas eouſque deſcendere, dum corpori aliquo coniunctæ conſiſtant. Atque hæc ſit eius in terras deſcẽſus cauſa. Poſt euolutis aliquot temporis partibus, ferunt eam iterum eodem aſcendere, quo quidem eam tanquam in iudicium atque ad pœnas mittunt. Quin uolunt etiam eam & ſorte & fortunã, & neceſsitate trahi. Verùm ad hunc modum illo animæ in corpus deſcenſu uituperato, eum, qui Timæus inſcribitur, librum deinceps componẽs, ſententiam mutauit, quando animæ in corpus aduentum illum magnis laudibus uehit, & mundum hunc admiratur, eumq́ beatum Deum appellat, & animam quæ in ipſo apparuit, multa ſalute impertit, ac peramanter appellat, ut quam ab optimo maximo opifice datam credat, idq́ ab omni hominum genere credi poſtulat. Illud ipſum enim quod uniuerſum appellatur, etiam mente præditum ſit neceſſe eſt: quippe quod citra animam non potuerit fieri perfectum ac ſuis partibus omnibus abſolutum. At hoc ipſum ut perfectũ ſit ei quod uniuerſum dicitur, anima cuiuſque ſuppeditat, quando id quod ſenſum habet, & ſolet excitare, & complecti, & exornare, & loco ſuo collocare: nempe ut hoc requirenti opifici ipſa ſua ſponte ſubſeruiat, ac ne pulchrum hoc opus eius maneat imperfectum, faxit.

ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος διαδοχὴν ἀναγκαίαν τιθέμενος, ἄνω καὶ κάτω τῆς ψυχῆς τὴν πορείαν ἔφη γίγνεσθαι. ἐπεὶ κάματος ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄνω μοχθεῖν, καὶ τοῖς θεοῖς συμπεριπολεῖν καὶ ἄρχεσθαι. διὰ τοῦτο τῇ τοῦ ἠρεμεῖν ἐπιθυμίᾳ καὶ ἀρχῆς ἐλπίδι, κάτω φησὶ φέρεσθαι τὴν ψυχήν. ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἐκφοβεῖ νόμον εἶναι λέγων ταῖς ψυχαῖς ἁμαρτούσαις, ἐνταῦθα πεσεῖν· ὑποδεικνὺς ἠρέμα, ὃ καὶ Πυθαγόρας αἰνίττεται. ὁ δὲ δὴ Πλάτων ὁ ἡμέτερος πρόγονος πολλά τε καὶ καλὰ ψυχῆς περιδιαλέγεται. περί τε τῆς πορείας πολλαχῆ λέγων, οὐ ταὐτὰ πανταχοῦ λέγων. ἀλλὰ νῦν μὲν ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης αὐτῷ, τὸ αἰσθητὸν ἅπαν ἀτιμάσας, καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κοινωνίαν μεμψάμενος δεσμῷ τινι καὶ οἷον ἐν σώματι θαπτομένην τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ὀλοφύρεται. καὶ τὸν ἐν ἀπορρήτοις λόγον ἀποθαυμάζει λέγοντα, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐπειδὴ ἀφικόμεθα, γεγόναμεν. καὶ τόδε τὸ πᾶν, Ἐμπεδοκλῆς ἄντρον πεποίηκεν. ἐν πολιτείᾳ δὲ Πλάτων μεταβάλλων σπήλαιον ὀνομάζει. ἀμέλει καὶ τῶν δεσμῶν λύσιν, καὶ τοῦ σπηλαίου φυγήν, τὴν ἐνταῦθα τῆς ψυχῆς ἔφη πορείαν. Ἄλλοτε δὲ ὁ τοῦ Φαίδρου Σωκράτης, τὰς κατιούσας ψυχὰς τῶν πτερῶν ἐψιλωμένας φησὶ θεωρεῖν. τὴν γὰρ πτερορρυήσασαν, βαρύνεσθαι καὶ φέρεσθαι κάτω, ἕως ἂν στῇ, σώματι προσπελάσασα. καὶ αὕτη τῆς ἀφίξεως αἰτία. καὶ περίοδοι πάλιν ἀνελθοῦσαν αὐτὴν τῇδε φέρουσιν. καὶ κεῖσε καὶ δίκη καταπέμπουσιν. ἀλλὰ καὶ κλῆροι καὶ τύχαι καὶ ἀνάγκαι καθέλκουσιν. οὕτω πανταχοῦ τὴν πρός τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κάθοδον μεμψάμενος τὸν Τίμαιον συντιθεὶς μεταβαλλόμενος τὴν ἄφιξιν ἐπαινεῖ, καὶ τόνδε τὸν κόσμον ἀποθαυμάζει, θεὸν εὐδαίμονα προσονομάζων, καὶ τὴν ψυχὴν ἐνταῦθα φανεῖσαν ἀσπάζεται. παρ᾽ ἀγαθοῦ γὰρ τοῦ δημιουργοῦ αὐτὴν δεδόσθαι πείθεται, καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν παρασκευάζεται. ἔδει γὰρ ἔννουν εἶναι τόδε τὸ πᾶν, ἄνευ δὲ ψυχῆς οὐχ τε οἷον ἦν γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ τέλειον. τοῦτο δὲ ἡ ἑκάστου ψυχὴ δίδωσι τῷ παντί, τὸ αἰσθητὸν ἐγείρουσα, καὶ συνέχουσα καὶ κοσμοῦσα καὶ τάττουσα. ὥστε ἑκοῦσαν ἑκόντι τῷ δημιουργῷ διακονεῖν πρὸς τὸ μὴ ἀτελὲς διαμένειν τό δὲ τὸ καλὸν αὐτοῦ ποίημα·

Voluit

ἐβούλετο γὰρ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ δεικνύναι ὅσαπερ ἐν τῷ νοητῷ προϋπῆρχε. ταῦτα μὲν ὁ πρόγονος. ὁ δὲ τούτου μαθητὴς Ἀριστοτέλης οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐντελέχειαν ὀνοματοποιῶν εἶναι τὴν ψυχήν, οἷον τῇ ὕλῃ τὸ τέλειον ἐπεισάγουσαν. καὶ ἅμα οὖσαν τῷ σώματι συνδιαλύεσθαι. Ἀξιθ. Εὐδαίμονα εἶ ὦ Θεόφραστε, ὅτι πολλῶν ὄντων καὶ ποικίλων τῶν πάλαι λεγομένων, οὐδέν σε διέλαθεν, ἀλλὰ πάντα διδάσκεις σαφῶς, ὡς αὐτὸς ἐξευρών, οὐ τὰ τῶν παλαιῶν δεξιῶν. μνημονικὸς δὲ μᾶλλον τοῦ Ἱππίου ἐφάνης, καὶ οὐκ ἀμελέτητος. ἀλλὰ τί δράσω, ἀμφίβολος ἔτι διαμένω, καὶ οὐκ ἔχω τίς γένωμαι, οὐκ εἰδὼς ὅτῳ χρὴ μᾶλλον συνέπεσθαι. πότερον Ἡρακλείτῳ ᾧ δοκεῖ τῶν ἄνω πόνων τῆς ψυχῆς ἀνάπαυλαν εὑρεῖν εἰς τόνδε τὸν βίον φυγεῖν, ἢ τῷ Ἐμπεδοκλεῖ, ὃς κατὰ τίσιν ὑπὲρ ὧν ἥμαρτεν ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν ἀπέῤῥιψεν, ἢ τῷ Πλάτωνι μᾶλλον; ὃς νῦν μὲν κατὰ τίσιν, νῦν δὲ πρὸς τὸ τέλειον εἶναι τόδε τὸ πᾶν· Καὶ νῦν μὲν ἄκουσαν νῦν δὲ ἑκοῦσαν. καὶ ἐνίοτε μὲν πρὸς βίαν. ἐνίοτε δὲ αὐτοκινήτως ὅπῃ βούλεται τὴν ψυχὴν ἐκπέμπεσθαι. τὸν γὰρ Ἀριστοτέλην σιωπήσομαι· ὃς δι' ὑπερβολὴν σοφίας τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν ἀφείλετο. τῶν ἀλλήλων ἕκαστοι καταλυόντων. καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ ἑαυτοῖς τἀναντία φιλοσοφούντων. Θεοφρ. Βούλονται μὲν οἱ ἐξ ἀκαδημίας πείθειν ὡς οὐ διαφωνεῖ Πλάτων αὐτὸς ἑαυτῷ. νοήματα καὶ ὀνόματα ὡς ἂν ἐθέλωσι μετατιθέντων. ὥσπερ οἱ τοὺς χρησμοὺς πρὸς τὴν ἑαυτῶν βούλησιν ἑρμηνευόντων. δοκοῦσι δέ μοι παντελῶς ἐκβιάζεσθαι. οὔτε γὰρ γέγονεν, οὐδ' ἂν γένοιτο μᾶλλον τοῦ Πλάτωνος ἱκανὸς ἑρμηνεῦσαι σαφῶς πᾶν ὅτι ἐθέλῃ. οἱ δὲ αἰσχυνόμενοι τὸ δοκεῖν διαφωνεῖν, ἑτέραν ἐξ ἀπολογίας αὐτῷ κατηγορίαν ἐφέλκονται. ἢ γὰρ ἀσαφὴς διδάσκαλος ὁ φιλόσοφος, ἢ φθόνῳ τὴν διάνοιαν ἀποκρύπτει. οὐδέτερον δὲ πέπονθεν ὁ Πλάτων. ἀλλὰ τοὺς τἀκείνου σοφιζομένους λέληθε. τὴν τῶν Χαλδαίων. καὶ Αἰγυπτίων φιλοσοφίαν εἰσφέρων τῇ Ἑλλάδι. καὶ τὰ Πυθαγόρου καὶ Ἡρακλείτου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐπιδεικνύς.

Voluit enim rerum conditor quæ in illo qui mentis & rationis compos est, mundo iam ante extiterunt, in hoc nostro, qui sensibus est expositus, atque coram cernitur mundo demonstrare. Atque hæc quidem Plato. Aristoteles autem eius discipulus diuersum sentit, & animam, excogitato nouo nomine, ἐντελέχειαν, id est, continuatam quandam & perennem motionem appellat: quam existimat materiæ quasi extremam manum imponere, ac forma cùm sit, simul cum corpore dissolui. Axith. Equidem felicem te esse Theophraste, iudico, qui cùm hac de re ueterum placita sint multa ac uaria, nullum eorum omnium ignores, eáque adeò perspicue tradas, ut abs te ipso potius quàm à priscis sapientibus inuentas res oratione efferre uideare. Quin mihi uideris Hippiam superare memoria, & in his rebus usu atque experientia plurimùm ualere. Verùm ipse quid faciam incertus sum, necdum comperi, cuius partes sequi potissimum conueniat. Heraclito ne accedam, cui uidetur anima quę defuncta suis apud superos laboribus, quietis locum aliquem inueniat, in hanc uitam quasi confugere: an Empedocli assentiar, qui putat animam, uti peccatorum antea commissorum pœnas luat, in hanc uitam ablegari: aut Platoni potius astipuler, qui modo statuit, animam, ad exoluenda supplicia, modo dicit eandem ut illud quod uniuersum dicimus, perficiatur, idq; modo sua sponte, modo coactam, iam aliunde excitatam, iam suo ipsius motu proprio emitti. Aristotelem enim, qui nimia quadam sua atque intemperata sapientia falsus, animarum immortalitatem è medio omnem tulit, silentio prætereo. Reliqui deinceps hoc omnes agunt, ut alij aliorum sententias destruant atque conuellant: quo fit ut & alijs & sibi ipsis contrarias opiniones prodant. Theophrast. Equidem in hoc mirifice sese torquent Academici, ut omnibus persuadeant, Platonē secum ipsum minime dissidere, ideóque solent eius & sententias & dictiones, quocunque placet, detorquere, haud secus ac qui diuina oracula ex animi sui sententia exponunt. At illi mihi uidentur Platonem ipsum iniuria afficere. Neque enim quisquam aut fuit aut futurus est, qui potuerit Platone plenius ac melius, quæ uoluerit, uerbis efferre. Alij quos itidem putet uideri diuersum quiddam ab eius sententia docere, hoc ipso quod eius defensionem suscipiunt, nouum ei crimen impingunt. Aut enim obscurus præceptor est philosophus, aut inuidia quadam agitatus mentem & sententiam suam de industria obscurauit. At neutro horum uitiorum Plato noster laborauit, magísque hi ipsi eius interpretes ignoratione philosophiæ Platonicæ laborarunt. Is enim in eam curam ac cogitationem potissimum incubuit, ut Chaldæorum & Aegyptiorum philosophiam in Græciam suam importaret: itémque Pythagoræ, & Heracliti, & Empedoclis placita in medium afferret.

Itaque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Itaq; dum ſtudet efficere, ut eos qui in Academia philoſophantur, omnium quæ ſunt uſpiam ſapienter cogitata, nihil lateat, accidit, ut aliàs aliud dicere uideatur. Quale eſt illud, quod ab eo de materia dicitur, alibi quidem eam natam, alibi uero nō natam eſſe. Verùm poſteri cùm Platonis doctrinam multarum & uariarum rerum atque opinionum cognitione perpolitam atque ornatam ignorarēt, idq; unicè ſpectarent, ut nouæ alicuius opinionis excogitatione alius alium anteuerteret, turbas inter ſeſe ipſi concitarunt, ac deinceps partes in contrarias ſparſi, neque Platonem neque ſeipſi ſequuti ſunt. Qua ex re dolorem maximum cepi. Axith. Egregiè tu quidem iſta profers. Ego uerò multitudine & uarietate illarum opinionum perturbatus, patria amiciſq; relictis, Athenas nauigandum mihi duxi. Iam uerò ubi in te incidi, eā, quæ in te eſt, ſapientiam ſuſpicio, multoq; magis miror te, qui iſtis iam explorate cognitis, adhuc ſtudeas Pythagoram, Platonem, Chaldæos & Aegyptios ſurſum uorſum ferri ſolitos, ſibi ipſis conciliare. Hi enim ijſdem de rebus non unum idemque iudicium omnes ferunt, ac ne ſinguli quidem eadem ſtatuunt. At pugnantia atque inter ſe contraria dicere, non eſt hominis ſapientis, uerùm imperiti. At mihi quidem non uidetur deus huius doctrinæ dux eſſe, alioquin eadem omnes docerent. Sed exiſtimandum eſt eſſe humanā quādam ſui ipſius admirationem atq; arrogantiam, in qua multæ cæcæq; inter ſe cōtrariè opiniones uarient. Theophr. Agnoſco, quod dicis, optime. Nam & Platoni ipſi placuit, uti ſuis decretis eatenus ſtaretur, dum aliquis diuinior homo in terris appareret, qui ueritatem ipſam aperiat: cui conueniens ſit omnes aſſentiri atque obtemperare.

Axith. Rectè ſanè hęc dicis. Verùm dic ſodes, num hoc antea aliquando cognitum atque etiam animo reputatum fuerit. Me enim priſcorum philoſophorum perturbatio ſanè quàm perplexum facit. Quando eorum alij rurſus in homines, alij in feras animam quaſi præcipitē agunt. Theophraſt. Si omnes noſſes, non poſſes ſatis demirari tantam docentiū contentionē. Sæpe ego quaſi è ſublimi ſpecula perſpiciēs, ſolus omnia quaſi cęde, ſanguine, tumultu plena uidi, quę tibi, quoniam & audire & diſcere multa cupit in tabula depingere minime grauabor. Aegyptijs ſanè uidetur, eadē anima cùm hominem, tum uerò bouē, & canem, & auem, & piſcem induere. Quæ ipſa, queadmodū eorū fert opinio, modo ceu brutū animal, ut formica, aut camelus, humi paſcitur: modo in piſcē collapſa, modo in balenā ſeu rumbū cōuerſa in mari uiuit: rurſus in naturā auis traducta, monedula aut luſcinia apparet, & in aërem tēdit: deniq; in aliud atq; aliud animantiū genus uerſa, tādē peragratis omnibus eò rurſus unde erat digreſſa recurrit.

ὅθεν ἄλλοτε ἄλλων λόγων ἐστὶν ὡς ἂν μηδὲν τῶν πανταχοῦ σοφῶς εὑρημένων διαλάθοι τοὺς ἐν ἀκαδημίᾳ φιλοσοφοῦντας. οἷον καὶ περὶ τῆς ὕλης, πῆ μὲν γεγενῆσθαι, πῆ δὲ ἀγέννητον αὐτὴν ἀποφαίνει. οἱ δὲ ὕστεροι τὸ γλαφυρὸν καὶ ποικίλον τῆς Πλάτωνος γνώσεως ἀγνοήσαντες, καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρῶτος ἕκαστος ἐπινοεῖν τι καινὸν, ἐν σφίσιν αὐτοῖς συνεταράχθησαν, καὶ διασκεδασθέντες, οὔτε τῷ Πλάτωνι, οὔτε ἀλλήλοις συνέπονται. ἃ πολλάς μοι παρέχει τὰς ὠδῖνας. Αξιθ. Τίκτεις οὐκ ἀγεννῶς. ἐγὼ δὲ πρὸς ταύτην ἰλιγγιάσας τὴν ἀπορίαν, πατρίδος καὶ φιλτάτων ἀπολελησμένος, ἔπλεον Ἀθήναζε. νῦν δέ σοι περιτυχὼν καὶ τὴν ἐν σοὶ σοφίαν θαυμάζων, ἔτι μᾶλλον τεθαύμακα, εἰ ταῦτα καταμαθὼν ἔτι Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι Χαλδαίοις τε καὶ Αἰγυπτίοις ἄνω κάτω συμπαραχθείς, οἷς γε μὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγουσιν ἅπαντες, μηδὲ ταὐτὰ ἕκαστοι. ἀπειρίας δὲ τἀναντία λέγειν, οὐκ ἐπιστήμης. καὶ ὡς ἔοικεν τούτου τοῦ δόγματος, οὐ θεὸς ἦν ἡγεμὼν, ἦ γὰρ ἂν ταὐτὸ πᾶσιν ἐδόκει. ἀλλ᾽ ἀνθρωπίνη τις οἴησις ἐν ᾗ πολλά τε καὶ ἐναντία ποικίλλεται. Θεόφ. Οἶδα ὦ γαθέ. ἀλλὰ καὶ Πλάτωνι συνδοκεῖ τοῖς αὐτοῦ πείθεσθαι· ἕως ἂν θειότερος ἄνθρωπος αὐτοῦ ἀναφανεὶς αὐτῷ τἀληθὲς ἐκδιδάσκοι ᾧ προσήκει πάλιν συνέπεσθαι.

Αξιθ. Η καλῶς λέγεις. ἀλλ᾽ εἰπέ μοι, ἤδη ποτὲ διενοήθης καὶ τοῦτο; ἐμὲ γὰρ ἐκταράττει τῶν πάλαι φιλοσοφούντων ἡ ταραχή. οἱ μὲν γὰρ εἰς ἀνθρώπους αὖθις, οἱ δὲ εἰς θηρία τὴν ψυχὴν ἀπέρριψαν. Θεόφ. Εἰ πάντας εἰδείης, θαυμάσαις ἂν ὅση τῶν λεγόντων ἡ μάχη. ἐγὼ γὰρ κατ᾽ ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐξ ἀνδροκτασίας ἔκ θ᾽ αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ, οἷον ἐκ περιωπῆς τῆς μάχης τὴν ποικιλίαν ἐθεώρουν, καὶ σοὶ ταύτην, (φιλήκοος γὰρ εἶ καὶ φιλομαθὴς,) ἐθέλω συγγράφειν. Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ δοκεῖ τὴν αὐτὴν ψυχὴν καὶ ἄνθρωπον, καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ ὄρνεον, καὶ ἰχθὺν μεταμπίσχεσθαι. καὶ νῦν μὲν αὐτοῖς οἷόν τι θηρίον μύρμηξ ἢ κάμηλος τὴν γῆν νέμεται. νῦν δὲ εἰς ἰχθὺν ὀλισθήσασα
3 κῆτος ἢ μεμβρὰς γενομένη τὴν θάλατταν ἔδυ. αὖθις δὲ εἰς ὀρνέου φύσιν μετατιθεμένη, κολοιὸς ἢ ἀηδὼν ὀφθεῖσα, εἰς ἀέρα διέπτη, ἄλλοτε ἄλλο δεικνῦσα τῶν ζώων, ἕως ἅπαντα διεξελθοῦσα, πάλιν ἀναδραμοῖ ὅθεν τὸ πρῶτον κατέβη.

Αἴγυπτε. φεῦ τῆς τερατολογίας, εὐδαιμονοίην ἂν εἰ κάμηλος, ἢ μεμβρὰς, ἢ κολοιὸς γενοίμην. Αξίθ. σὺ μὲν Αἴγυπτε καταγελᾷς. ἐγὼ δὲ τὸν Θεόφραστον ἐκπέπληγμαι, εἰ ταῦτα εἰδὼς ἔτι τοῖς Αἰγυπτίοις συμφέρεται. Θεόφ. Αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων, καὶ ὁ τούτου παῖς ὁ Πλάτων, ὁμογνώμονες ὦ Αξίθεε τοῖς Αἰγυπτίοις γεγόνασι. ὁ μὲν, οὑτωσί πως χρησμῳδῶν ὁ Ἀπόλλων, καὶ κελεύων τοῖς τῶν Αἰγυπτίων εὑρήμασι πανταχοῦ πείθεσθαι. ὁ δὲ δὴ Πλάτων τὸν Τίμαιον ἐπιδεικνὺς, τὰς τῶν ἀνδρῶν ἔφη ψυχὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ θηλυνομένας εἰς γυναῖκας ἀναβιῶναι. κακίας δὲ ἐμπιπλαμένας, εἰς θηρία καταβαίνειν καὶ χερσαίοις συνδιαιτᾶσθαι, τοῖς τε πτηνοῖς συμπέτεσθαι, καὶ τοῖς ἐνύδροις συναγελάζεσθαι. τὴν δὲ πρὸς Φαίδωνα Σωκράτους συνουσίαν διεξιὼν, τοὺς ὑπὸ πλεονεξίας ἐπαιρομένους, καὶ πρὸς ἁρπαγὰς ἑτοίμους, εἰς ἰκτίνους καὶ λύκους μεταβάλλει. τὸν ὑπὸ ἐπιθυμιῶν δεδουλωμένον, εἰς τοὺς ὄνους ἀπελαύνει. τὴν δὲ εὐδαίμονα πόλιν οἰκίζων, ἐκεῖ που λέγει τὸν Ὀρφέα τὸν τῆς Καλλιόπης. ἐπειδὴ παρὰ γυναικῶν διασπασθεὶς τόνδε τὸν βίον ἐτελεύτησεν, τὸν ἄνθρωπον φεύγοντα κύκνον γενόμενον. οἷα μουσικὸν ὄντα, τὴν μουσικὴν ἐργάζεσθαι. ὁ δὲ Θερσίτης, ὃς πάντων αἴσχιστος ἦν ὅσοι ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον, τὸν Ἀχιλλέα οὐ πολεμοῦντα, ἀλλ' ὀνειδίζοντα τῷ Ἀγαμέμνονι, καὶ τοὺς ἥρωας μιμούμενος, εἰς πίθηκον μετάχθ'. ματίζεται, καὶ ἐκμιμεῖται τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τὸ εἶδος οὐ τὸ ἦθος αὐτοῦ μεταβάλλων. Αξιθ. Τί οὖν ὦ φιλότης, οἱ τῶν Πλάτωνος ὀργίων μυσταγωγοὶ οὐδὲν ἐν τούτοις ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις σοφίζονται, οὐδὲ τὸν πλατὺν γέλωτα συγκαλύπτουσιν ὀνόματα μετακινοῦντες καὶ νοήματα συγχέοντες. Θεόφ. Οἱ μὲν παλαιοὶ μυσταγωγοὶ τῶν λεγομένων μετεκίνησαν οὐδέν. εὖ εἰδότες ὅτι τῶν Αἰγυπτίων ὁ Πλάτων μαθητὴς γενόμενος, καὶ παρ' ἐκείνων διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχὴ πάντα ζῶα μεταβαίνει. πανταχοῦ τῶν λόγων διασπείρει τὸ δόγμα. Πλωτῖνος γοῦν καὶ Ἁρποκρατίων ἀμέλει καὶ Βοηθὸς καὶ Νουμήνιος τὸν τοῦ Πλάτωνος ἰκτῖνον παραλαβόντες, ἰκτῖνον παραδεδώκασιν, καὶ τὸν λύκον λύκον, καὶ ὄνον τὸν ὄνον. καὶ ὁ πίθηκος αὐτοῖς οὐκ ἄλλο ἢ τοῦτο. καὶ ὁ κύκνος οὐκ ἄλλο ἢ κύκνος νομίζεται. καὶ πρὸ τοῦ σώματος ἐμπίπλασθαι τὴν ψυχὴν, δυνατὸν εἶναι λέγουσι καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐξεικάζεσθαι ὧν γοῦν ὁμοιώθη, κατὰ τοῦτο φέρεται ἄλλη ἄλλο ζῶον ὑποδῦσα.

Aegypt. Heu quæ prodigia commemoras quàm felix essem, si camelus, aut palumbus, aut monedula euaderem. Axith. Rides tu quidem Aegypte: ego uero Theophrastum intuens obstupui, quòd etiam cognitis his nenijs, Aegyptiorum consuetudine & placitis nihilominus adhuc detinetur. Theophrast. Ipse etiam Apollo, atque huius filius Plato, idem Axithee, quod Aegyptij senserũt. Vbicunque enim Apollo oracula reddit, semper ut Aegyptiorum inuentis homines acquiescant mandat. Plato uerò tradit uirorum animas molles atque effœminatas in mulieres reuiuiscere. Eas item quæ uitijs sint immersæ, in feras descendere, & cum terrestribus animantibus uictitare, cum auib. uolitare, uel cũ aquatilibus coniungi & commisceri. Socratis autem cum Phædone habitum colloquiũ persequens, animas eorum qui ab auaritia in transuersum rapti, & ad prædã prompti semper ac parati fuissent, in miluos & in lupos transformat. Qui uerò fœdis libidinib. sese dedissent, eos in asinos uertit. At ubi felicem illam ciuitatem constituit, Orpheum Calliopes filium, postquã à mulieribus discerptus, uitam cum morte commutasset, dum homo fugeret, cygnum euasisse: nempe ut qui musicus insignis extitisset, artem musicam deinceps etiam exerceret. Thersites autem is, qui fuit omnium, quotquot ad Ilium uenere, turpissimus, Achillem non quidem in bello fortiter pugnando, sed Agamemnonẽ reliquósque heroas conuicijs petendo imitari consueuit, in simiam transformatus est: atque etiamnum hominem uidetur magis imitari, quàm præstare posse. Ax. Quid igitur, ô amice, Platonis sacrorum custodes & interpretes: nihil ne in his, perinde ut solent in alijs eius placitis, subtiliter & acute excogitant, aut nomina transponunt, aut sententias alias alijs confundunt, nempe, ut quod ridiculum sit, sacratiore aliquo mysterio tegant. Theo. Prisci quidem huius sacrorum antistites, eorum quæ sunt dicta nihil suo loco mouent. quippe quibus explorate sit cognitum, Platonem, postquam Aegyptiorum discipulus extitisset, illorumq; uerbis aures implesset: hoc ipsum, quod anima humana in omne genus animantium transeat, per omnes libros suos sparsisse. Plotinus igitur & Hapocration: itemq; Boethus atq; Numenius, Platonis miluũ, qualẽ acceperunt, alijs tradiderũt miluũ: & lupum, lupũ: & asinũ, asinũ, nec simia quicquã aliud est eis, quàm simia nec cygnus aliud quàm cygnus. Et animã, aiũt illi, priusquã cũ aliquo corpore côiungatur, posse eorũ, quę ratione carent, animantiũ similitudinẽ assumere: acuicũq; similis facta fuerit, secũdũ eius naturã ferri: deniq; etiã aliã aliud animal induere.

Hos

Hos ſecuti Porphyrius & Iamblichus, non ſolum maiorum ſuorum philoſophiam paulò altius conſiderarunt, ſed etiam ueriti ſunt de Platonis aſino & lupo & miluo dicere: tum etiam reputarunt, aliam eſſe eius quod rationem habet, & aliam rurſus eius quod ratione caret, animantis ſubſtantiam: quodque non ſoleant ita ſolum uertere ſubſtantiæ, uerum eædem, quæ cùm primum egrederentur erant, permanere. Neq; enim ratione eſſe præditum, accidens quoddam animæ eſſe, quod eam modo accedere, modo deſerere ſoleat, ſed eſſe differentiam in ipſa ſubſtantia conſtanter permanentem: minimeq; fieri poſſe, ut ratio in naturam brutam conuertatur: niſi concedas aiunt, animali bruto hoc datum eſſe, ut rationem furto auferre queat. His ſero tandem conſideratis & errorem ueterum minuendum, & bruta animalia ſilentio prætereunda arbitrati: hominem, inquiunt, non in aſinum, uerùm in hominem aſininum neq; in leonem, ſed in leoninum hominem reuiuiſcere. Non enim naturam, ſed corporum formam tranſmutari: quemadmodum in ſcena qui perſonas tragicas ſuſcipiunt, ac modo Alcmeonis, modo Oreſtis perſonam gerunt. Axith. Linum lino, Theophraſte, mihi uidentur illi nectere, & malum remedium adhibere malo. Quid enim attinet corporis uinculis animam liberari, quæ rurſus in aliud corpus immittitur. Inutilis etiam ad leuandam moleſtijs animam, fruſtráque in medium introducta mors eſt. Erat enim perditiſsimorum hominum uita eo uſq; propaganda, quoad ipſorum pœnæ fuerant extendendæ. Ac ſi in laſciuiam prouoluta anima, mille libidinibus in hac uita, haud ſecus ac reginis quibuſdam mancipata ſeruierit: quæ ratio ſuaſerit, ut ob hoc ipſum ſupplicio afficienda in hominem aſininum reuiuiſcat? nimirum ut ſuæ libidini magis magiſque inſeruiat: ac ſupplicio illo non tollatur, ſed augeatur etiam & firmetur laſciuia. Atqui pœna, uitioſorum animæ motuum, quaſi medicina quædam exiſtimatur, quæ coerceat, truncet, ſecet, & penitus excindat: non autem ſuſcitet, inflammet, ullam materiam uitioſo motui ſuppeditet. Id enim ſi fiat, perinde fuerit, ac ſi quis iudex hominem furti reum, non ſupplicio aliquo affici, uerùm in ſacram ædem ingredi, & inde, quicquid libeat, abripere iubeat: tum quoniam furti reus eſt, ut habendi ſtudium ſatis ſupérque expleat, etiam dona dijs ſuſpenſa auferenda præbeat. Iam turpis aliquis puerorum amator, qui conſueuit florentem adoleſcentium ætatem corrumpere, fiat iterum ipſe puer formoſus, ut eadem ipſe patiatur, ſcilicet. Alius ſit adulter, & in mulierem conuertatur, ut adulterio prorſus infamis efficiatur.

ἐπιγενόμενοι δὲ Πορφύριός τε καὶ Ἰάμβλιχος καὶ τοὺς περὶ αὐτῶν σοφίᾳ περιφρονοῦντες, καὶ ἐρυθριάσαντες τὸν Πλάτωνος ὄνον καὶ λύκον καὶ ἰκτῖνον, καὶ κατανοήσαντες ὡς ἄλλη μὲν λογικῆς ψυχῆς ἡ οὐσία, ἄλλη δὲ ἀλόγου. ἔτι οὐ μετανίστανται, ἀλλ' ὡσαύτως ἔχουσιν αἱ οὐσίαι οἷαι τὸ πρῶτον προῆλθον. οὐ γὰρ τὸ λογικὸν τῇ ψυχῇ συμβεβηκὸς ὡς μεταχωρεῖν, ἀλλ' οὐσίας διαφορὰ βεβαίως ἱδρυμένη. καὶ ὅλως ἀδύνατον τὸν λόγον εἰς ἀλογίαν μετατίθεσθαι, εἰ μὴ καὶ τὸ ἄλογον φ[illegible]τουσιν ὑφαρπάζειν τοῦ λόγου τὴν φύσιν. ταῦτα ὀψέ ποτε διαλογισάμενοι, ὑπερπηδήσαντες τὰ ἄλογα τῶν ζώων μεταβαλόντες, οὐκ εἰς ὄνον φασίν, ἀλλ' ὀνώδη ἄνθρωπον ἀναβιῶναι τὸν ἄνθρωπον. οὐδ' εἰς λέοντα, ἀλλ' εἰς λεοντώδη ἄνθρωπον· οὐ γὰρ τὴν φύσιν ἀλλὰ τὴν τῶν σωμάτων μορφὴν μεταμπίσχεσθαι. ὥσπερ ἐπὶ τῆς σκηνῆς οἱ τῆς τραγῳδίας ὑποκριταί· οἳ νῦν μὲν τὸν Ἀλκμαίωνα, νῦν δὲ τὸν Ὀρέστην ὑποκρίνονται. Ἀξιθ. Λῖνον λίνῳ συνάπτουσι τὸ τοῦ λόγου Θεόφραστε. καὶ κακῷ τὸ κακὸν ἰάσαντο. τί γὰρ ἔδει σώματος τὴν ψυχὴν ἀπαλλάττεσθαι, εἰ πάλιν εἰς ἕτερον σῶμα καταπέμπεται. περίεργος ἡ τελευτή, καὶ μάτην εἰς μέσον παρεισφέρεται. ἔδει γὰρ τῶν πονηροτάτων ἐπιτείνειν τὸν βίον, εἰς ὅσον ἔδει τὴν τιμωρίαν παρεκτείνεσθαι. καὶ ἄλλως εἰ πρὸς ἀκολασίαν ἐκπέσοι ψυχή, καὶ ὑπὸ μυρίων ἐπιθυμιῶν ὥσπερ δεσποινῶν ἐν τῷ δὲ τῷ βίῳ κρατουμένη καὶ αἰσχρῶς δουλεύουσα. διὰ τοῦτο πάλιν ὑπὸ τῆς δίκης ἐκπεμπομένη εἰς ὀνώδη ἄνθρωπον ἀναβιῴη, ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον ἐπιθυμίαις δουλεύοι, κακίας χορηγίαν τὴν τιμωρίαν ἐδέξατο· καὶ γίγνεται τῆς ἀκολασίας οὐκ ἀφαίρεσις ἡ τίσις, ἀλλὰ βεβαιοτέρα προσθήκη. καὶ μὴν ἡ δίκη τῶν παθημάτων ἰατρικὴ νομίζεται. συστέλλουσα τε καὶ κολοβοῦσα καὶ διατέμνουσα καὶ ὅλως ἐκκόπτουσα, ἀλλ' οὐ διεγείρουσα, οὐδὲ παροξύνουσα. οὐδ' ἑτέραν ἐπινοοῦσα τῷ πάθει τὴν ὕλην. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, παραπλήσιον ἦν, ὥσπερ ἂν εἴ τις δικαστὴς λαβὼν ἄνθρωπον κλοπῆς ἑαλωκότα οὐ παθεῖν τι κελεύοι, ἀλλ' εἰς ἱερὰ φοιτῶντα λαμβάνειν ὅτι βούλοιτο. ὡς ἂν τῆς πλεονεξίας ἀφθόνως ἔχοι. καὶ αὐτῷ παρέχοι τῶν ἀναθημάτων ἀδεῶς ἅπτεσθαι, ἐπειδὴ κλοπῆς ἑάλωκεν. νῦν ὁ δεῖνα τῶν ἀγρίων ἐστί, καὶ τῶν νέων διαφθείρει τὴν ὥραν, αὖθις γιγνέσθω νέος καλός, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ταυτὰ πάθοι. ἕτερος μοιχὸς εἰς γυναῖκα μεταβαλλέσθω, ὡς ἂν ὑπὸ μοιχείας ὑβρίζοιτο.

Aegypt.

Αἰγύπτ. Τοῦ ἰοῦ τῆς ἀτοπίας, προαγωγὸς ἡ δίκη γίγνεται. Ἀξίθ. κελεύει γὰρ ὦ Αἰγύπτιε ὁ πολυμαθὴς Πορφύριος, καὶ ὁ ἔνθους Ἰάμβλιχος τὸ ἐφ' ἡμῖν τοῖς γοῦν ἅδου δικασταῖς ἀνατιθέντων, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πταισμάτων τὴν δίκην αἰτιώμενοι. τούτοις ἀκολουθεῖν ἡμᾶς ὁ Θεόφραστος βούλεται. Θεόφ. οὐκ ἂν ἔτι βουλοίμην Ἀξίθεε. οὔτε γὰρ Συριανὸς οὔτε ὁ Πρόκλος αὐτοῖς συνέπονται. ἀλλ' ἴδιόν τι καὶ καινὸν εὑρήκασι. Ἀξίθ. Τί τοῦτο ὦ Θεόφραστε. Θεόφ. Τὴν πρὸς ἁρπαγὴν παρεσκευασμένην ψυχὴν οὐκ εἰς ἰκτῖνον μεταβάλλουσιν. ἄλογον γοῦν εἰς ἄλογον τὴν λογικὴν μετατίθεσθαι. οὐδ' εἰς ἰκτινώδη ἄνθρωπον ἐκπέμπουσιν. ἄτοπον γὰρ εἰ πλεονεξίας αἰτία γίγνεται κόλασις. ἀλλὰ τὸν μὲν ἰκτῖνον λέγουσι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔχειν τὴν ἄλογον, τὴν δὲ ἀνθρωπείαν ταύτῃ συνδεδέσθαι, καὶ παραμένειν καὶ συμπέτεσθαι. καὶ οὗτος τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος. Ἀξίθ. Καινότερον μὲν τὸ εὕρημα. ἀλλ' ἔτι μᾶλλον καταγέλαστον. εἰ μύρμηκι μὲν ὁ Ὀδυσσεὺς συνέπεται. οἰκονόμω γὰρ ἄμφω, καὶ πολλοὺς πόνους ἀνατλῆναι δυναμένω. σφηκὶ δὲ ὁ Ἕκτωρ συνδέδεται. κορυθαιόλω γὰρ ἄμφω, καὶ μαχιμωτάτω. ὁ δὲ δὴ βάτραχος καὶ Κλέων ἦν. θαμὰ γοῦν βοῶσιν ἀμφότεροι, μετὰ τῆς ὑπερβολῆς ἑκάτερος. ἀναίδεια γοῦν ἑκατέρου τὸ γνώρισμα. καὶ διπλοῦς τις ὢν μύρμηξ. ὁ σφὴξ ὁ βάτραχος, ἡμᾶς διελάνθανον. οὐ γοῦν ἄνευ σώματος, οὔτ' ὁ Ὀδυσσεύς, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς συνέπεται, εἴπερ συνέπεται. οὐ γὰρ παντελῶς φῂς τοῦ σώματος ἀπαλλάττεσθαι τὸν ἔτι τῆς τιμωρίας δεόμενον. Θεοφ. Οὐ μὲν οὖν. Ἀξίθ. Πότερον οὖν ἐντὸς τῆς μύρμηκος ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποκρύπτεται, ἢ τοῦ ποδὸς ἐξήρτηται, καθάπερ τοῦ κριοῦ παρὰ τῷ Κύκλωπι. καὶ ὠθίζεται ὅποι ἂν τῷ μύρμηκι δοκεῖ. τί τοῦτο γελᾷς ὦ Αἰγύπτιε. Αἰγύπτ. Οὐ καταγέλαστον μυθολογίᾳ ὑπὸ ἀλαζονείας μηδὲν ἐπαισθάνεσθαι. Ἀξίθ. Φέρε γὰρ ὦ Θεόφραστε εἰ ψάρων ἀγέλην, ἢ γεράνων κλαγγηδὸν πετομένων κατίδοις; ἴσως ἂν φαίης τοὺς ἐπὶ σκηνῆς στρατάρχοντας, καὶ ὑβριστάς, καὶ θορυβοῦντας καὶ ἀσελγαίνοντας τελευτήσαντας, τούτοις τοῖς ὀρνέοις συνδεδέσθαι, καὶ συνταράττειν καὶ βοᾶν οἷά περ ἐκεῖνα, καὶ πανταχοῦ συνέπεσθαι. εἰ δὲ ἁλόντα τὰ ὄρνεα θύοιτο, τῶν δεσμῶν γίνεται φυγὴ ἡ τῶν ὀρνίθων σφαγή. λύονται γὰρ ἀφανιζομένης τῆς ψυχῆς, ᾗ συνεδέθησαν. οὐ γὰρ ἀθάνατον τὴν ἄλογον ψυχὴν εἶναι φήσουσιν. τί δὲ εἰ ταῖς ἀφύαις συνδεθεῖεν. ἀνθρώπου δὲ καὶ τῶν ἀσπαλιευτῶν ἡ σαγή-

Aegipt. Heu quàm absurda narras: sic enim pœna sceleribus irrogata, ad scelerum omne genus homines, ceu leno quispiam prostitueret. Axith. Sanè, cùm iubeant doctissimus ille Porphyrius, & numine afflatus Iamblichus, id quod in nobis est ijs, qui sunt apud inferos, iudicibus remittere, & illas humanis delictis pœnas irrogare. Atq; hosce ut sequamur, Theophrastus uolet scilicet. Theoph. Minimè uerò isthuc amplius uelim Axithee: nam neq; Syrianus, neq; Proclus hos sequuntur, uerùm proprium quiddam ac nouum excogitarunt. Axith. Quid uerò id est Theophraste? Theoph. Animam eam, quæ semper ad rapinam prompta sit & parata, non in miluum conuertunt illi: quando sit absurdum eam quæ ratione sit prædita, in id quod ratione caret, traduci: tum neque in milui similem hominem transmittunt, quando sit absurdum, pœnam maioris auaritiæ causam fieri. Sed docent illi, miluum quidem habere suam ipsius animam, eamq; ratione destitutam: humanam huic alligatam, adhærentem, una uolitantem. Atque hæc est supplicij illius forma ac ratio. Axitheus. Recentius quidem inuentum hoc est, sed multò magis ridiculū. Quod si ita sit, formicam Vlysses sequetur, qui rei familiaris gubernatores prudentes & industrij sint ambo: uespæ Hector alligabitur, cùm ornatam galeam habeant & bellicosi sint ambo: itémque rana & Cleon unà uitam agent, quando eundem ambo clamorem edūt, sicq; ille quasi lapidem ceruici alligatum trahet. Impudentia enim utriusq; est insigne. At formicas, uespas, ranas esse duplices nos hactenus latuit. Neq; enim sine corpore, uel eorum qui sequuntur ea, quisquam sequetur: siquidem sequatur, quandoquidem non puto te statuere, corpore liberum ac solutum esse eum, qui supplicio sit afficiendus. Theoph. Minimè uerò. Axith. Vtrum igitur intra formicam Vlysses quasi conclusus occulitur, an ex atiquo eius pede pendet, uelut ex ariete apud Cyclopem. Et, quo libuerit formicæ, trahitur? Sed quid tu rides Aegypte? Aegypt. Quis non rideat tam fabulosas narrationes eorum, quod præ summa arrogantia ueritatis sensum nullum habent? Axith. Age enim si sturnorum turmam aut gruum cum clangore & strepitu uolantium uideas: fortasse dicas eos esse, qui in scena personatos exercitus ducunt: aut eos, qui iniuria alios afficere, tumultus excitare, petulanter agere consueuere: iam mortuos huiusmodi auibus alligatos unà cū ipsis strepere & clamitare, easq; quocunq; sequi oportere. Iā si quis has aues captas mactet, earum ipsarū mactatio præstabit animab. certū quoddā ex his uinculis effugiū. Etenim ea, cui astrictæ erāt, anima cōfecta atq; sublata, ipsę quoq; liberētur necesse est: quādoquidē haud statuūt etiā brutā ac ratione carētē animā esse imortalē. Quid aūt si piscib. illę coiūctæ fuerit, diuesq; sit ac plena piscatorū sage

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

na: an non illæ se supplicio suo liberatum iri cum risu exciperent? Nam piscium captiuitas, animabus existit liberatio: & piscium uenatio, est humanis animabus libertas. Iam & apum ministri deficientibus apibus tale quiddam machinantur. Bouem arcta domuncula conclusum fustibus tantisper cædunt, dum animam exhalet. qui si ita miserabiliter isthic prostratus iaceat, illi ita accuratè, ut nulla ex parte uel leuis aura penetret, clausis ianuis, discedunt: tum præteritis diebus quadraginta, ianuis reseratis, bouem quidem putrefactum, at eius unius loco innumera animalia circumuolantia reperiunt. Apum enim, quæ ex boue sunt enatæ, & instar uuarum passarum iacētes, alas mouent, domus tota repente facta est plena. His apum ac mellis administri sumptis atque curatis mellis opus non sine bona fruge aggrediuntur. Iam quæro, num hæc una bouis anima minutatim concisa in illas innumeras est diffusa, quas bos unus coactas comprehendit: an uerò ipsa multis illis sibi in societatem ascitis hæc apum examina collegit, atque in unum congregauit? Atque hæc mihi uidentur admodum ridicula: tibi uerò non item. Sed fortasse uenient, qui uel quarto nouum quiddam comminisci possint. Sed quanto plus uerba faciendo secum ipsi pugnarint, tanto magis docendo fallent & errabunt. Quo ferimini, ô Athenienses, qui tam fabulosa referenti tam promptas aures porrigitis? Vides. n. ut isthæc ipsa secū collisa ratio, instar igniferi silicis multū lucis reddiderit, & quæ in tenebris hactenus latebant arguat, minimeque permittat, ut animam antea uixisse, in posterum quisquam confidenter asseueret. Theophr. Eadem mihi quoque priusquam hoc ex te audirem, animo sederunt, mentemque inde sæpenumero retraxerunt: sed maiorum reuerentia, & eius, quo cum disputabam rationis & consilij inopia, me adigebant ac continebant. Axith. Illud autem an non ante omnia ueniebat in mentem tibi? animam, siquidem antea uixisset, rerum præteritarum meminisse, uel recordari oportere. Veteres enim solebant omnes liberales disciplinas ἀναμνήσεις, id est, quasi quandam rerum ante actarum recordationem appellare. Deinceps & creatoris, & illius quæ mente percipitur pulchritudinis, unde longo tempore discesserat, recordatur. An ergo uitæ prioris, & earum, quas audisset, præceptionum, & eorū quæ tulisset malorum, & patriæ & parentum, unde heri discesserat, penitus oblita esse crederetur? Et quæ ratio hoc dabit, ut rerum secundarum meminisse, aduersarum autem obliuisci credamur, cùm earum ipsarū memoria magis magisque animis imprimatur. Ego quidē hac ipsa de causa filium, aut famulū, ob id quod cōmiserint peccatū, puniens, antequā de ipsis supplicium sumam, præmoneo, ut meminerint, ne posthac unquam in eadē mala recurrāt. Deus autē, quādo ultima supplicia decernit, nō edoceat eos, qui patiunt, pœnarū causas: sed scelerum

νη. ἀλλ' ὅτι ἡ λυθεῖσαι τῆς τιμωρίας καταγελάσουσιν. ὁ γὰρ τῶν ἰχθύων δεσμὸς τῶν ψυχῶν λύσις ἐστί. καὶ τῶν ἀφύων ἡ θήρα ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ἐλευθερία γίγνεται. ἤδη δὲ μελιττουργοὶ τῆς μελίσσης ἀπολειπούσης μηχανῶνται τοιόνδε. εἰς οἰκίσκον βοῦν εἰσελάσαντες, παίουσι ξύλοις ἕως ἀποθάνοι. καὶ ὁ μὲν, ἐλεεινῶς ἔκειτο. οἱ δὲ τὰς θύρας ἀκριβῶς συγκλείσαντες, ὡς μηδαμόθεν εἰσδύειν τὸ πνεῦμα, ποτὲ μὲν ἀπῆλθον. ἀριθμήσαντες δὲ ἡμέρας τετταράκοντα, καὶ ὕστερον διανοίξαντες, σεσηπότα μὲν τὸν βοῦν εὑρίσκουσι. μυρία δὲ ἀνθ' ἑνὸς ζῶα περιϊπτάμενα. μελιττῶν γοῦν ἐξαίφνης πλήρης ὁ οἶκος ἐφάνη, αἳ τοῦ βοὸς ἐξεγένοντο. καὶ τραφεῖσαι βοτρυδὸν τοῖς πτεροῖς ἐχρήσαντο. τούτοις οἱ μελιττουργοὶ παραλαβόντες καὶ θεραπεύσαντες, τὴν τοῦ μέλιτος ἐργασίαν εὖ πράττειν ἐποίησαν. ἆρ' οὖν ἡ μία ψυχὴ κερματισθεῖσα εἰς τὰς μυρίας διεσκέδασται. ἃς συλλέξας ὁ βοῦς μόνος κατεῖχεν. ἢ τὰς πολλὰς ἐκείνας προσκαλεσαμένη τὰς τῶν μελισσῶν ἀγέλας συνέταττεν, ταῦτά μοι καταγέλαστα φαίνεται. σοὶ δὲ οὐχ οὕτως; τάχα δὲ ἢ ἔσται καὶ τέταρτον νεωτεροποιοῦντες. ἀλλ' ὅση τῶν λόγων ἡ μάχη, τοσαύτη τῶν δογμάτων ἡ πλάνη. ποῖ φέρεσθε ὦ ἀθηναῖοι, ὁ τῷ μυθολογοῦντι πειθόμενοι. ὁρᾷς γὰρ ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ προστριβόμενος ὁ λόγος, οἷον οἱ πυρφόροι τῶν λίθων φῶς ἐξέλαμψε. καὶ τὰ ἐν σκότει τέως λανθάνοντα διελέγχει. καὶ οὐκέτι συγχωρεῖ προβεβιωκέναι τὴν ψυχὴν ἰσχυρίζεσθαι. Θεόφ. ταῦτα μοι καὶ πρότερον ἐφιζάνοντα, πολλάκις ἀνέστρεφε τὴν διάνοιαν. ἡ δὲ πατρίων αἰδὼς, καὶ τοῦ συμμαχοῦντος ἀπορία κατείργουσα ἐπεῖχεν. Ἀξίθ. ἐκεῖνο δέ σοι πρὸ ἄλλων οὐκ εἰσῄει. εἰ προβεβίωκεν ἡ ψυχὴ, ἐμέμνητο ἂν ἢ ἀνεμιμνήσκετο. καίτοι τὰς μαθήσεις ἀναμνήσεις καλοῦσιν οἱ παλαιοί. εἶτα τοῦ μὲν δημιουργοῦ καὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους ἀναμιμνήσκεται· ὅθεν μακρὸν τινὰ χρόνον ἀπέστη, τοῦ δὲ προτέρου βίου καὶ τῶν τηνικαῦτα μαθημάτων καὶ παθημάτων, καὶ πατρίδος καὶ γονέων παντελῶς ἐπιλέλησται, ὅθεν χθὲς μετῳκίζετο. καίτοι τίνα λόγον ἔχει τῶν μὲν καλῶν ἀναμιμνήσκεσθαι, τῶν δὲ ὀδυνηρῶν ἐπιλελῆσθαι. ὧν μᾶλλον ἐνδύεται καὶ ἐντυποῦται μνήμη. ἐγὼ μὲν οὖν τὸν υἱὸν ἢ τὸν οἰκέτην ἐφ' οἷς ἥμαρτε κολάζων, πρὸ τῆς τιμωρίας πολλάκις προλέγω. ἀξιῶ τε μεμνῆσθαι ὡς μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπταίειν ὁ δὲ θεὸς τὰ ἔσχατα διορίζων ἐπιτίμια, οὐκ ἐκδιδάσκει τοὺς πάσχοντας ἐφ' οἷς τὰ ἐπιτίμια,

ἀλλ' ἀφαιρεῖται τῶν ἁμαρτημάτων τὴν μνήμην, ἀκριβῆ τὴν αἴσθησιν τῆς τιμωρίας ἐπάγων. τί οὖν ὠφελήσει τιμωρία τὴν ἁμαρτίαν ἀποκρύπτουσα, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ παροξύνει καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἐπαίρει. ῥᾳδίως δὲ καὶ δικαίως κακίζει τὸν δικαστὴν ἐκεῖνος· εἰ φαῦλον μηδὲν αὐτὸς αὑτῷ συνειδὼς ὑπομένει τὴν τιμωρίαν. αὐτὸς δὲ ἡμῖν ὦ Θεόφραστε τοσούτων θεωρημάτων ἀναμνησθεὶς, σαυτοῦ μόνου ἀμνημονεῖς; καὶ οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὅτε εἰ στρατιώτης ἢ φιλόσοφος γέγονας· οὔτε εἰ λαγωὸς ἢ λέων· οὔτε εἰ ἀηδόνι ἢ ἰκτίνῳ συνηκολούθεις· Θεόφ. Λέγεται Πυθαγόρας ἀναμνησθῆναι ὡς εἴη ποτὲ Εὔφορβος ἐν Τροίᾳ. Ἀξίθ. Ταῦτα λέγων ἠλαζονεύετο, μηχανώμενος πείθειν ὅπερ ἐδίδασκεν, ὡς προβεβίωκεν ἡ ψυχή. ἀρχὴν δὲ τῆς αὐτῆς διανοίας ἐν ὀρύγματι λαθὼν ὑπὸ γῆν δέκα ἔτη, ἐξ ᾅδου δῆθεν ἐκεῖθεν ἀνέβη. καὶ παρὰ τοῦ Πλούτωνος ἀκηκοέναι λέγων, ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ διεπιστεύετο. ταύτης τῆς ἀλαζονείας ὕστερον Ἀπολλώνιος ὁ Καππαδόκης ἐραστὴς γενόμενος πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἐμυθολόγει περὶ τῶν ἐν Ἰνδοῖς σοφῶν. ὡς ἴσασιν οἵτινές ποτε γεγόνασιν εἰς μάρτυρας ἔξω τῆς οἰκουμένης καταφεύγων. ἀλλ' ὅμως ἐλέγχεται. οὔτε γὰρ Κτησίας πολλὰ καὶ μυθώδη περὶ τῶν Ἰνδῶν συνθεὶς, οὐδαμοῦ τοῦτο μυθολογεῖ. οὔτε Ἀρριανὸς ὁ τὸ ἀληθέστερον μᾶλλον ἢ μυθωδέστερον συγγράφων τοῦ δόγματος ἐμνήσθη. καίτοι τὴν τῶν Βραχμάνων πρὸς Ἀλέξανδρον συνουσίαν ἐκδιδάσκων. ἐν ᾗ παραινοῦσιν Ἀλεξάνδρῳ πλεονεξίας ἀπέχεσθαι. καὶ ὁ καιρὸς ἀπῄτει τὸ πλάσμα. ὡς ἂν τὸν Ἀλέξανδρον, ἐπειδὴ τῶν φαινομένων κατέπληττεν οὐδὲν ἀφανεῖς βοῦς ἀναπλάττοντες καταπλήξωσι. τότε γὰρ εἰκὸς μᾶλλον δεικνῦναι τῆς φιλοσοφίας τὴν ὑπερβολὴν, ὅτε περὶ ἀνδραποδισμοῦ καὶ ἀναστάσεως ἐκινδύνευον οἱ ὁμόφυλοι. ἀλλ' ὅμως οὔτε πρὸς Ἀλέξανδρον τοιοῦτον οὐδὲν ἐπεδείξαντο, οὔτε ὕστερον τοῖς Ἕλλησιν ἐπιστέλλοντες. ἔτι τὴν τῶν Ἑλλήνων φιλοσοφίαν διαβάλλοντες, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀποσεμνύνοντες. οὐδαμοῦ τοῦτο τῆς ἀλαζονείας τὸ εἶδος τῇ ἐπιστολῇ προσέρριψαν. εἰ τοίνυν μήτε τῶν πρότερον μήτε τῶν ὕστερον μηδεὶς τῷ λόγῳ συμμαρτυρεῖ, μεμονωμένος ὁ Ἀπολλώνιος, τὰ ψευδῆ λέγων ἐλέγχεται. Ἱεροκλῆς δὲ οὐχ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὁ προβαλλόμενος τὰ θαυμάσια, ἄπιστον καὶ τοῦτο προστέθεικεν. ὅτι νέος ἠταιρηκὼς, Κερκυραῖος δὲ ὁ νέος,

ſed ſcelerum memoriam omnem tollat, dum plenum uindictæ ſenſum non infert. Quid igitur ea, quæ peccatũ celet, pœna profuerit? Sanè contra ac inſtituta fuit, & irritat magis, & in contumaciam trahit. Facilè uerò fuerit atq; ab iuſtitia minimè alienum, ei, qui ſupplicio afficitur, quoniam nullius ſibi culpæ conſcius ſupplicium patitur, conuitijs atq; contumelijs iudicem inceſſere. Tu uerò Theophraſte, qui tot artium præcepta recolis, an tui ipſius ſolùm es immemor? nec potes nobis, miles ne an philoſophus: lepus ne an leo antea fueris: luſciniam an miluum ſecutus ſis, referre? Theophraſtus. Fertur Pythagoras meminiſſe, ſeſe Euphorbum ad Troiam fuiſſe. Axitheus. Hæc dicens ille ſuperbè mentiebatur, ac quod docebat animam antea quoque uixiſſe, hoc ipſo conabatur confirmare. Eodem autem aſtu atque conſilio, cùm in meatu quodam ſubterraneo, annos decem latuiſſet, atque inde tanquam ex inferis reuerſus prodijſſet, ex Plutone audiſſe ſeſe atque credere dictitabat, animam eſſe immortalem. Eiuſdem impudentis arrogantiæ deinceps Apollonius ille Capadox factus imitator, Græcis hominibus referebat, de ijs qui apud Indos eſſent ſapientibus, quod illi noſſent, qui nam olim ipſi fuiſſent. Rectè ſanè homo uanus, ad eos qui extra orbem degunt, teſtes confugiebat. Sed nihilominus falſi conuincitur: quando ne Cteſias quidem, qui multa alioquin de Indis fabuloſa conſcripſit, harum illius neniarum uſpiam mentionem facit. Neque uerò Arrianus, qui uerè magis quàm fabuloſè hiſtoriam ſcribit, dogmatis huius uſpiam meminit, etiam cum Brachmanũ cũ Alexãdro cõgreſſu refert, ac quo pacto ipſi regem ab illo habẽdi ſtudio nimio dehortati ſint, diligenter exponit. Et certè tempus ipſum tale quoddam commentum requirebat, nempe ut Alexandrum illum Magnum, quem earum quę in hoc orbe uiſuntur rerũ nihil ab animi ſui propoſito abſterruit, aliquibus quæ non uidẽtur monſtris perterrerẽt. Ac profecto oportebat tũc potiſsimum egregiam illam ac præpotentem philoſophiæ uim exerere, quando noſtris hominib. ſeruitutis & excidij met⁹ ĩeſſet. Illi uerò quos paulò antè memoraui, ſapiẽtes Indi, neq; apud Alexãdrũ tale quicquã demõſtrarũt: neq; deĩceps cùm literas quib. & Græcã reprehẽderũt, & ſuã ipſorũ philoſophiã ut uenerandã laudib. ueherẽt, ad Gręcos ipſos darẽt, huiuſce uanitatis uel leuẽ ſpeciem ullam ſuis literis inſeruerunt. Itaq; ſi illi neq; ueterũ, neq; recentiorũ quiſquã uel uno uerbo teſtimoniũ dicit, ſolus ipſe relictus Apollonius, ac teſtibus omnibus deſtitutus, cõuincitur falſum tradidiſſe. Hierocles autẽ, nõ is, quẽ ipſi præceptorẽ olim habuimus: uerùm ſcriptor ille q miracula quædã refert, incredibile etiã illud factũ ſuis narrationibus adiecit. Adoleſcentẽ quendã impudicũ, qui quidẽ Corcyreus eſſet,

cum Myrone quodam amatore suo nauigasse: delata autem in quendam desertum atque incultum locum naui, cùm paulum secessisset, fleuisse, quòd recordatus esset, quendam ex amatoribus, dum olim uiueret antea, quia ibidem adolescentis amore frui non potuisset, suffocatum esse: seq; propterea flere, quod illi non gratificatus esset. An ergo ridiculum non est, lasciuium illum atq; impudicum adolescentem anteacta recolere, Socratem autem & Platonem, eorum, quæ sunt olim facta nil meminisse, nihilq; sese scire, gloriari posse? Equidem qui apud Chaldæos, & Aegyptios, & Grecos sacras quasdam ac solennes cerimonias peragunt, & euocare iam olim mortuorum animas, easque sacris quibusdam carminibus se quoque uelint, & ducere & pertrahere posse pollicentur: si mactatis gallinaceis, & scriptis quibusdam characteribus, aut Homeri, aut Orphei, aut Phoronei, aut Cecropis animam dicant sese uelle euocare & ostendere: siquidem alius luscinia, alius cygnus, alius homo, alius leo fuit, quomodo quæso euocati uenient? an non auem, bestiam, hominem anima destitutos relinquent ac uenient? Et quo modo quæso, uel cygnus, uel leo scribunt se quondam fuisse hominem, cùm id homo ipse ignoret? Ergo suis illis carminibus fallunt: quippe non patrem, aut mulierculam producunt, sed dirum quendam dæmonem patris aut mulieris personam repræsentantem monstrãt. Quare & sole uixdum oborto spectrum hoc omne statim euanescit. Atq; sic anilis est fabulæ simile quicquid in hanc sententiam dicitur, nec quicquam habet, quod sit probabile. Theophr. Bene mihi uideris isthæc dicere, minimeq; male ad obiecta respondere. Sed si uitam animæ priorem prorsus è medio tollamus, uidetur nescio quæ rerum perturbatio inde exurgere, si mali bene, boni malè habeant. Axith. Ad id respondebo, siquidẽ tibi nõ sit ingratũ. Theo. Erit mihi sanè pergratum. Axith. Principio mihi dicas uelim, quid tu malum, seu fortunam aduersam putes. an morbum, & pauperiem, aut torqueri, aut è medio prorsus tolli, malum appellas? Theophr. Hęc ipsa malorũ numero comprehẽdo. Axith At ijs, qui in opes & potentiam & uoluptatem prorsus intẽti sunt potius cõpetebat hæc oratio, quàm Theophrasto. Neq; enim ipse ignoras, pauperiem & morbũ, & ipsam mortem, neq; turpia neq; mala esse, uel Socrati atq; ipsi quoq; philosophię uideri: qppe quę ipsa multis sępe saluti fuere. Ipse.n. Socrates in paupertate quasi supbiebat, eãq; diuitiarũ nomine dignã ducebat, et philosophię sociã atq; amicã appellabat. Quẽadmodũ etiã morbũ Theagi multum momẽti ad philosophiã attulisse idẽ aiebat: sic de illo uerba faciẽs, si bene memini: Theagi uero nostro oĩa, ut philosophiã deserat, ãsam administrãt, sol⁹ aũt hic morb⁹ obstat, atq; eũ quo min⁹ id faciat, coërcet.

μετὰ ἐραστοῦ μύρωνος ἔπλει. καθορμισθείσης δὲ τῆς νεὼς εἴς τινα χῶρον ἔρημον, ἀποχωρήσας ὀλοφύρεται. ἀναμνησθεὶς ὅτι περ ἐκεῖ τῶν ἐραστῶν τις γοῦν τῷ πρὸ τοῦ βίου τῆς ὥρας τοῦ νέου διαμαρτὼν, ἀπεπνίγη. καὶ δακρύει ὅτι μὴ αὐτῷ πρότερον ἐχαρίσατο. οὐκοῦν γελοῖον εἰ ὁ μὲν ἠταιρηκὼς ἀναμιμνήσκεται. σωκράτης δὲ ἀμνημονεῖ καὶ πλάτων. καὶ οὐδὲν εἰδέναι τῆς προόδου ἀλαζονεύεται. καὶ μέντοι καὶ παρὰ χαλδαίοις καὶ αἰγυπτίοις καὶ ἕλλησιν οἱ τὰς τελετὰς ἀγείροντες, καὶ γοητεύειν τῶν πάλαι τελευτησάντων τὰς ψυχὰς ἐπαγγελλόμενοι. καὶ ταῖς ἐπῳδαῖς ἄγειν τε καὶ ἕλκειν ὅποι ἂν ἐθέλωσιν. εἰ τὴν ὁμήρου ψυχὴν ἐθέλοι ἐκκαλεῖν, εἰ τὴν ὀρφέως, εἰ τὴν φορωνέως, εἰ τὴν τοῦ κέκροπος, ἀλεκτρυόνας θύοντες, καὶ χαρακτῆρα ὑπογράφοντες, λέγουσι παρακαλεῖσθαι καὶ δείκνυσθαι. καίτοι εἰ ὁ μὲν, ἀηδὼν, ὁ δὲ, κύκνος. ὁ δὲ ἄνθρωπος. ὁ δὲ, λέων ἐγένετο. πῶς ἥξουσι καλούμενοι. εἰ μὴ τὸ ὄρνεον, καὶ τὸ θηρίον καὶ τὸν ἄνθρωπον ἄψυχον ἀπολιπόντων ἥξουσι. πῶς δὲ ὁ κύκνος εἴσεται ἢ λέων, ὅτι ἄνθρωπος ποτὲ ἐγένετο. ὅτε οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος εἴσεται. καίτοι κἀκεῖνοι ταῖς τελεταῖς σοφίζονται. οὐ γὰρ τὸν πατέρα οὐδὲ τὸ γύναιον ἔδειξαν. ἀλλὰ χαλεπόν τινα δαίμονα τὸν πατέρα καὶ τὸ γύναιον ὑποκρινόμενον. ἅμα γοῦν ἀνέσχεν ὁ ἥλιος, καὶ τὸ φάσμα διαλύεται. οὕτω γραὸς μυθολογία τὸ θρυλλούμενον, καὶ πιθανὸν οὐδέν. Θεόφ. εὖ λέγειν μοι δοκεῖς, καὶ οὐκ ἀγεννῶς ἀντιτετάχθαι, ἀλλ' εἰ παντελῶς τὸν πρότερον τῆς ψυχῆς βίον ἀνέλοιμεν, ἀταξία δόξει τὸ γινόμενον, εἰ κακοὶ μὲν εὖ πράττουσιν, ἀτυχοῦσι δὲ ἀγαθοί. Αἰξίθ. ἀποκρινοῦμαι εἴ σοι ἥδιον. Θεόφ. πάνυ μὲν οὖν. Αἰξίθ. εἰπέ μοι πρότερον δὲ τίνα φὴς ἀτυχίαν. ἢ νόσον λέγεις καὶ πενίαν, καὶ στρεβλοῦσθαι, καὶ τὸ ὅλον ἀναιρεῖσθαι. Θεόφ. ταῦτα φημί. Αἰξίθ. ἀλλὰ τοῖς μὲν πρὸς πλοῦτον, καὶ δυναστείαν καὶ ἡδονὴν ἐπτοημένοις, ἥρμοττεν ὁ λόγος. Θεοφράστῳ δὲ οὐκ ἔτι. οὐ γὰρ ἀμνημονεῖς ὅτι πενία καὶ νόσος καὶ θάνατος, οὔτ' αἰσχρὰ, οὔτε κακὰ, σωκράτει καὶ φιλοσοφίᾳ δοκεῖ. ἅ γε πολλοὺς πολλάκις ὠφέλησεν. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ σωκράτης ἐπὶ πενίᾳ μέγα φρονεῖ, καὶ πλοῦτον αὐτὴν ὀνομάζει, καὶ φιλοσοφίας φίλην. ὥσπερ καὶ τὴν νόσον τῷ θεάγει μέγα πρὸς φιλοσοφίαν ἔφη συμβάλλεσθαι. οὑτωσὶ λέγων. εἴ τι που μέμνημαι. ἀλλὰ μὴν καὶ θεάγει τῷ ἡμετέρῳ πάντα συμβάλλεται πρὸς τὸ ἐκπεσεῖν φιλοσοφίας. ἡ δὲ νοσοτροφία κατείργουσα

ἐπέχει. ὁ δὲ δὴ Πλάτων ἐῤῥωμένος γοῦν, νοσῶδες χωρίον καταλαβὼν διέτριβε, τῆς ὑγιείας τὸ πλέον ἀφαιρούμενος. καὶ σωφροσύνην τῆς ῥώμης ἀντικαθιστάμενος. τὸν δὲ θάνατον, κακῶν ἐλευθερίαν καὶ λύσιν μάλα σεμνῶς ὀνομάζει, διδάσκων ὡς ὁ θεὸς ἐλεήσας τὸν ἄνθρωπον, θνητὰ αὐτοῦ καὶ τὰ δεσμὰ πεποίηκεν. εἰ τοίνυν ἀγαθῶν αἴτια, πῶς ἂν εἴη κακά. ἀκολασία δὲ καὶ πλεονεξία, καὶ ἄνοια καὶ δειλία, αἴσχιστα τῶν κακῶν καὶ ἔστι τε καὶ λέγεται. ὧν οὐδὲν μέτεστι τοῖς ἀγαθοῖς. ἀεὶ δὲ πάρεστιν εὐδαιμονία, ἧς οὐ θέμις ἀφίστασθαι, εἴτε σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, εἴτε ἀνδρεία καὶ φρόνησις, ἀληθὴς εὐδαιμονία. ὧν οὐδὲν ἀπολείπει τοὺς ἀγαθούς. οὐ δὲ ἀφαιρήσεταί τι τούτων ὁ ἀδικεῖν προῃρημένος, οὐ γὰρ δύναται. ἀλλὰ τὸ μὲν βαλάντιον περικόπτειν καὶ τὸ σῶμα διατέμνειν δύναται. παρασπάσαι δέ τι τῆς εὐδαιμονίας ἀδύνατος. ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπικρατεῖ. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον. καὶ τὸ αὐτεξούσιον ψυχῆς λογικῆς κάλλιστον ἀξίωμα. αὕτη πρώτη πρὸς ἡμᾶς καὶ μεγίστη τοῦ δημιουργοῦ δωρεά, ἣν ἐγὼ παντὸς μᾶλλον ἀσπάζομαι, καὶ πλείστην οἶδα τῷ δεδωκότι τὴν χάριν. τί γὰρ ἐλευθερίας σεμνότερον; ἣ παραλαβοῦσα τὸν ἄνθρωπον, θεὸν τὸν ἄνθρωπον ἀπεργάζεται. Θεόφ. ἆρ' οὖν οὐκ ἄμεινον ἦν ἀγαθοὺς ἀνάγκῃ γενέσθαι, ἢ ἐλευθερίας ὀνόματι ἐξεῖναι κακίαν αἱρεῖσθαι; Ἀξίθ. Καὶ τίς αὐτὴ γένοιτ' ἂν ἀρετὴ δουλεύειν ἠναγκασμένη ψυχῆς; βέβαιον γὰρ οὐδὲν κάλλιστον μάθημα. οὐδ' ἀνάγκῃ τι γινόμενον πρὸς εὐφημίαν ἐπιτήδειον. πῶς δὲ ἄμεινον ὁ ἄνθρωπος ἦν, εἰ λίθινος ἦν, ὅποι βούλοιτο ὁ τεχνίτης περιφερόμενος; ἢ τίνα φθόγγον παρ' ἑαυτοῦ παρεχόμενος, ὃν εἰς τὴν ὅλην ἁρμονίαν ὁ δημιουργὸς συντάττει καλῶς. Θεόφ. ἀλλὰ θαυμάζω ὅτι μὴ τὴν τῶν φαυλοτέρων μισήσας κακίαν, καὶ τὴν ἐκείνων συγκαταλύει τὴν ἐξουσίαν. Ἀξίθ. τί δὲ οὐ χαριέστερον ἀγαθῶν ἕνεκα, τὸ τῶν κακῶν ἀπειθείας ἀνέχεσθαι, ἢ διὰ τὴν φαύλων ἀκοσμίαν, τὸν κρειττόνων τὸν κόσμον ἀποσείεσθαι. φέρε γὰρ εἴ τις γεωργεῖν ταχθείς, καὶ γεωργὸς ὀνομαζόμενος, τὰς ἀμπέλους ἀποδράς, εἰς ἄστυ δραμών, ἑταίραν ἐξαίφνης καταμαθὼν κάλλει καὶ χρυσῷ διαλάμπουσαν, μύρου τε ὄζουσαν, καὶ προσπαίζουσαν τὴν εὐφυῶς καὶ αἱμύλα φθεγγομένην, ἐκπλαγεὶς ταύτῃ συνέποιτο τῶν βοτρύων ἐπιλελησμένος. ὁ δέ τις γεωργίας αὐτῷ κοινωνῶν πυθόμενος τοῦ ἑταίρου τὸν ἔρωτα, νεανικωτέρως τῶν ἔργων ἀνέχοιτο καὶ τὰς ἀμπέλους ἔτι μᾶλλον θεραπεύοι, ὥστε τὸ ἀτακτοῦντος ἐκπληρῶσαι τὴν χρείαν.

coercet. Et sanè Plato, qui quidem erat robusto admodum ac uegeto corpore, locum minimè salubrem, in quo ingenium exerceret, delegit, sicq; & id quod habebat firmæ ualetudinis nimium detrahebat, & cum temperantia atq; modestia corporis robur commutabat. Mortem autem malorum omnium solutionem ac tutam ab his libertatem sanè quàm piè & reuerēter appellat: docēs, quod Deus hominis misericordia tactus, hæc eius uincula mortalia fecerit. Iam si bonorum causæ hæc sunt, qua fronte mala appellamus? Porrò prodigalitas & auaritia, itemq; temeritas & ignauia: omnium fœdissima & sunt & nominantur mala: quorum nullum bonis inest. Sed eis uera felicitas semper adest, neque eam fas est recedere: siquidem temperantia, iustitia, fortitudo, prudentia, quarum nulla bonos destituit, uera felicitas existunt. Sed nec improbitas horum quicquam potest auferre. Marsupium quidem amputare, & corpus dissecare potest: felicitatem autem auellere nequaquam potest. In alias quidem res habet interdum imperium: uirtus autem ab omni dominatione est immunis ac libera. Et certè animæ, quæ ratione sit prædita, pulcherrima hæc est dignitas, quod sui iuris sit, ac planè libera. Atq; hoc ipsum est eorum quæ sunt in nos collata, præcipuum ac maximum conditoris munus, quod ego omnium maximè exosculor, maximásque Deo datori gratias ago. Quid enim libertate est augustius? hæc quem hominem accepit, ex homine Deum facit. Theoph. Sed an non præstiterat necessariò bonos nasci, quam sub illo libertatis nomine deligendi & faciendi mali licentiam habere? Axith. Ecquæ cedo & qualis uirtus esset, animam sic coactam esse & seruire? Nec firma est ulla, ui quę geritur, disciplina: nec laude dignū est, quod coactus feceris. Quo pacto autē præstaret hominē quasi lapideum esse, qui quocunq; libeat artifici mitti queat? quàm qui uocalē aliquem ex se ipse sonum edat, quē uniuersi illius opificij cōditor ad hāc sui operis harmoniam totā pulchrè accommodet? The. Miror uerò, quod cùm malorum uitiosam naturam seu improbitatem odio habeat: non etiam ob id suam bonis libertatem ac facultatem soluat ac frangat. Axith. Quid ita? An nō præstat, propter bonos malorum contumaciam tolerare: quam propter malorum deformitatem, eorum qui meliores sunt ornatum atque formam uelle decurtare. Age enim, si quis sit operis rusticis obeundis destinatus, ac nomen agricolæ obtineat, relictis uitibus in urbem currat, ac statim etiam uideat scortillum auro formáque fulgens, unguentum redolens, blandè obuios quosque alloquens: captus eius amore, uitibus relictis eam sequatur: is autem qui socius huius in colenda ac plantanda uinea esset, amore sui collegæ cognito, tanto magis strenuè laboraret, uitesq; excolleret, quo damnum socij negligentia datum resarcirent:

num tu ſiquidē illius agri dominus eſſes, frugi ſeruum & laborantem agricolam propter eum, qui in urbe crapulæ & amoribus indulget, ædibus eijceres? Theph. Minimè uerò. ſic enim magno meo malo, mihi prædium horridum acſylueſtre euaderet. Axith, An non potius colonum induſtrium collaudares, quod cùm æquè potuiſſet in urbem ire, atque unà cū ſocio amare & potare, honeſtos amores turpi uoluntati antetulit? Theoph. Ita prorſus, ſi quidem mihi uelim botros abunde prouenire. Verùm oportebat, bonos quidem ſaluos atque incolumes conſeruari: malos autem, uel prorſus nullos procreari, uel eos qui nati iam eſſent, ſtatim extirpari. Axith. Atqui Solonis lex non ſinit ius cuiquam peculiare, ſed unū idemque hominibus omnibus imponit. Tu uerò de toto genere mortalium ſic ſtatuis, ut uelis, alios quidem procreari & nutriri, alios uerò priuſquam generentur (ſi modo poſsit fieri) interire. Qua ratione ſol quoque nō omnes calefacere, neque terra fructū omnibus proferre debebunt. Quod ſi hoc ſuperfluè dici ipſe exiſtimes, & hominem omnia præclare & rectè facere, nec unquam à uirtute aberrare ſtatuas: nimium tu quidem homini tribuis: mini meque mirum eſt, ſi quando is peccet, te tanto pere mirari. At homo non eſt illa ſumma ac principe, uerùm infima illa rationem habentis animæ præditus facultate: quippe qui animæ imortalitate & ratione ſolùm bruta animantia ſuperat: quin ob corruptionem corporis, & alimenti ſibi neceſſarium uſum, ab illis ſuperioribus & cæleſtibus & ſumma ratione præditis ſubſtantijs longe ſuperatur. Quā obrem illum peccare, non eſt tantopere mirandum, & ab eius natura alienū. Si enim ſeorſim à corpore degens anima, ad appetitū aut ad iram rapiatur, mirandum quiddam accideret: ſin cū corpore aliquo ſit coniuncta ac conſociata, ſanè eorum, quæ in his terris uerant, & alimentis conſeruantur, corporum curam gerat neceſſe eſt. Ergo uel creatoris ipſius iudicio concupiſcet rectè & moderatè. Vnde

εἰ σὺ τῶν ἀγρῶν δεσπότης ἐτύγχανες, ἆρα τὸν, σωφρονοῦντα καὶ ἐργαζόμενον διὰ τὸν ἐρῶντα καὶ ἀσελγαίνοντα μεθύοντα τῆς οἰκίας ἂν ἐξέκλεισας; Θεόφ. οὐ μὲν οὖν. διὰ νῶς γάρ ἄν μοι τὸ χωρίον ἐξηγριῶτο. ἀξίθ. οὐκοῦν τὸν γεωργοῦντα μᾶλλον ἐπαινεῖς, ὅτι ἐξὸν εἰς ἄστυ βαδίζειν, καὶ τῷ ἐρῶντι συμπίνειν, ὁ δὲ καλοὺς ἰδρῶτας ἡδονῆς αἰσχρᾶς ἀντικατηλλάξατο. Θεόφρ. πάνυ μὲν οὖν εἴπερ ἐθέλω μοι τοὺς βότρυς εὖ πράττειν. ἀξίθ. ἀλλ᾽ ἐχρῆν τοὺς μὲν ἀγαθοὺς διασώζειν, τοὺς δ᾽ ἂν φαυλοτέρους ἢ τὴν ἀρχὴν μὴ ποιεῖν ἢ γινομένους εὐθὺς διαφθείρειν. ἀξίθ. εἶθ᾽ ὁ μὲν τοῦ Σόλωνος οὐκ ἐᾷ νόμον ἐπ᾽ ἀνδρὶ τεθῆναι, ἀλλ᾽ ἢ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τίθεσθαι. ἀλλ᾽ εἰσὶν οὓς ἀφορίζεις κελεύων τοὺς μὲν κατασπείρειν καὶ τρέφειν. τοὺς δὲ, πρεσβυτέραν εἶναι τοῦ τόκου τὴν τελευτήν. οὐκ οὖν μηδ᾽ ὁ ἥλιος ἅπαντας θερμαινέτω. μηδ᾽ ἡ γῆ καρπὸν ἅπασι φερέτω. ἢ τὸ μὲν λέγειν περίεργον, ἐθέλεις δὲ τὸν ἄνθρωπον ἅπαντα κατορθοῦν, καὶ μηδὲν διαμαρτεῖν, σφόδρα θαυμάζεις τὸν ἄνθρωπον. διὸ θαυμάζεις εἴ τι διήμαρτεν. ἀλλ᾽ ἔστιν οὐ τῆς πρώτης λογικῆς μερίδος, ἀλλὰ, τῆς ἐσχάτης ὁ ἄνθρωπος. ὃς ψυχῆς μὲν ἀθανασίᾳ, καὶ λόγῳ τῶν ἀλόγων ἐπικρατεῖ. φθορᾷ δὲ σώματος καὶ τροφῆς ἐνδείᾳ τῶν ἄνω λογικῶν οὐσιῶν ἀπολείπεται. οὐκ ἄρα παράδοξον τὸ γινόμενον οὐδέν. εἰ μὲν γὰρ μονωθεῖσα τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ πρὸς ἐπιθυμίαν καὶ ὀργὴν ἐξήγετο, θαυμαστὸν ἦν. νῦν δὲ μετὰ σώματος ἐδεῖ τῶν τῆδε σωμάτων ἐπιμελεῖσθαι, ἃ τροφὴ διασώζεται. οὐκοῦν ἐπιθυμείτω καλῶς καὶ μετρίως φησὶν ὁ δημιουργός. ἢ πόθεν τὸ παιδίον ἄρτι γεννώμενον τοῦ γάλακτος ἐφίεται. καὶ πρὸς τὸ λυποῦν ὀργίζεται. ἵνα τὸ μὲν προσιέμενον, τὸ δὲ ἀμυνόμενον σωθείη. τὸ μὲν οὖν κατὰ φύσιν ζῆν, καλὸν καὶ διασώζεται. τὸ δὲ παρὰ φύσιν, αἰσχρὸν καὶ κολάζεται. τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν φύσιν, μέγα καὶ τιμῆς ἄξιον. εἰ δὲ τὰ ἔσχατα ὅτι μὴ τὰ πρῶτα διαγράψομεν, οὐκ ἂν φθάνοιμεν πᾶσαν τάξιν διαλύοντες. φέρε γὰρ εἰ τὸν λίθον ἐκβάλλειν ἐθέλοιμεν ὅτι μὴ καρποὺς οἷα φυτὰ δίδωσι. τὰ δὲ φυτὰ διαβάλλειν ὅτι μὴ τὴν γῆν οἷα βοῦς ἐργάζεται. τὸν δὲ βοῦν κακίζειν, οὐ γὰρ τῷ γεωργῷ παραπλησίως βούλεται. ὁ δὲ γεωργὸς αὐτὸς ἀπελαυνέσθω, ὅτι μὴ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐξ ἴσου τροφῆς ἠμέλησεν. εἶθ᾽ ὑπ᾽ ἀλόγου σοφίας μέχρι τῶν θείων ἀναβαίνοι τις, ὡς οὐδ᾽ αἱ ἄνω δυνάμεις δημιουργεῖν,

enim infans recens natus lac appetit? Vnde ijs qui uexant aut moleſtiam faciunt, iraſcitur? Nempe quia hoc datum, illud remotum, ſaluti ſit & uideatur. Ex quo ſequitur, eam uitæ uiam ac rationem, quæ ſecundum naturam eſt, & bonam & ſalutarem eſſe: ac rurſus eam quæ eſt naturæ contraria, & turpem, & puniendam: illam deinde, quæ naturam ſuperat ipſam, eſſe excelſam & honoribus ſummis afficiendam. Iam ſi quæ ſunt ultima, propterea quod prima non ſint, libeat accuſare: an non eodem ipſo modo omnem omnium rerum ordinem diſſoluemus? Credo enim, ſi lapidem abijcias, eò quòd non perinde ut terra, plantas alióſue fructus edat: ſi plantas uituperes, quia terram ipſę non arent, ut boues: ſi bouem plectas, quod nō iiſdē quib. arator rebus afficiat: ſi deniq; ipſe etiam agricola abigat, quod nō pariide atq; cœleſtes illę & ſupæ facultates ſiue potentię, alimēti curā omnē abijciat: an nō hac abſurda ſapiētia ad diuinas uſq; res euecti, ſupis quoq; facultatib. officia ſua auferem⁹:

quæ tamen

ἀλλὰ τῷ δημιουργῷ διακονεῖν ἐτάχθησαν. εἰ ταῦτα ποιοῦμεν. τί τῶν ὄντων κατὰ χώραν ἐᾶσαι καταλείψομεν. ἀλλ' οὐ μένης μὴν καὶ ὁ δημιουργὸς ἀεί. πάντα δὲ κατὰ τάξιν μενέτω. σμικρὸν γὰρ τῶν γινομένων οὐδέν. ἀλλὰ πάντα καλὰ καὶ μεγάλα καὶ τεταγμένα. καὶ ὁ λίθος καλὸς, εἰ λίθος. καὶ τὸ δένδρον, εἰ δένδρον. καὶ ὁ λέων καλὸς. κἂν ἐστέρηται τοῦ λόγου τῆς ἀλόγου ζωῆς οὐ γὰρ ἦν ἐν αὐτῷ τῆς ἀλογίας κρεῖττον οὐδέν, διόπερ ἀνεύθυνος, ὅτι ἂν παράλογον ποιῇ. ἐσπουδασμένον δὲ τὸ χρῆμα καὶ χάριεν ἄνθρωπος, ὅταν ἄνθρωπος ᾖ. μέχρι τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ σοφίας ἀναβαίνων. ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἐφίεται, καὶ τῶν λυπούντων ἀγαθάνεται. ἀμφότερα γὰρ ὁ ἄνθρωπος. νοῦς ἀγαθὸς ἀλόγως σώματι χρώμενος. αὐτοκράτωρ δὲ γινόμενος κατ' ἐξουσίαν ἄνω καὶ κάτω μεταχωρεῖ. ἕτερον αἱρούμενος προτέρου, τοῦτο γὰρ ἡ ἀνθρώπου προαίρεσις δύναται. καὶ τεταγμένη μὲν ἡ τοῦ λόγου δύναμις καὶ ἀρχή. ἄτακτος δὲ φορὰ ἡ τοῦ λόγου σπουδή, εἰ μὴ λόγῳ ῥυθμίζοιτο. κἂν ὁ λόγος ἀργὸς ᾖ διὰ ῥαθυμίαν καὶ ὄκνον. ἢ δι' ἀπαιδευσίαν. καὶ τὴν κάτω χολὴν, καὶ τῆς τῶν ἄνω λήθην. ἐπιθυμία καὶ θυμὸς. οἷον ἵππων ζεῦγος ἐκπεσόντος τοῦ ἡνιόχου συνταράττεται. ἀλλ' οὐκ ἀνεύθυνον τὸ πρᾶγμα. ὁ γὰρ ἀγωνοθέτης προεῖπε δεῖξαι τὰ γυμνάσια. καὶ ὅταν δεῖ τὸν ἀγωνιστὴν ἀσκεῖν προεκήρυξεν. ὧν ἀμελήσας ὁ λόγος, δίδωσι δίκας οὐχ ὧν ἐποίησεν, ἀλλ' ὧν παρεῖδεν. ὁ γὰρ τὴν ἀλόγου τῆς ἀταξίαν παῦσαι δυνάμενος λόγος, περιορᾷν δὲ ἀλυθέστερον αὐτὸ διαπράττεται. οὐκ ἄρα τὰ ἐν ἡμῖν παιδὶ τὴν ἀρχὴν ἐπιτρεπτέον. εἰ μὴ θαυμάζειν εἰ πάντα ἄνω καὶ κάτω γένοιτ' ἂν τὰ ἡμέτερα. πολλῶν γὰρ ὁ παῖς ἐπιθυμεῖ, ἀλλ' ἀρίστη διάνοια, καὶ ὁ θυμὸς ταύτῃ συμμαχῶν κωλύει, καὶ συστέλλει τὰς μυρίας ἐπιθυμίας. εἰ δὲ ἀγριαίνει ἡ τοῦ χείρονος δυναστεία, τοῦ ἀμείνονος γίνεται ταραχή. ἣν θεραπεύειν ἐστί. πολλὰ γὰρ τὰ φάρμακα. ἀγαθὴ τροφὴ καὶ παιδεία καὶ νόμος. καὶ λόγος, καὶ ἡ τῶν καλῶν μελέτη, καὶ συνήθεια καὶ ἐπιστήμη. καὶ ἡ τοῦ παντὸς τάξις. καὶ μὲν δὴ τῶν ὑπαρχόντων ἡ μετάστασις ἱκανὸν διδασκάλιον σωφροσύνης τοῖς ὁρῶσιν ἐστίν. οἷον τῶν χρημάτων αἱ μεταβολαί.

quæ tamen in hoc, ut supremo rerum opifici seruiant, sunt procreatæ & constitutæ. Quod si fiat: quid quæso omnium, quæ sunt, rerum suo loco relinquemus? Statuendum est autem, & benignum esse rerum opificem, & suum quæq; locum obtinere. Eorum enim quæ facta sunt, humile & abiectum est nihil: sunt autem omnia pulchra, & magna, & concinno ordine collocata. Etenim lapis, siquidem sit ac maneat lapis: tum arbor, sit arbor: & leo, si leo sit: formam ac bonitatem suam habent. Ac leo quidem, & si eius, quæ bruta sit ac ratione careat, uitæ uiam secet: tamen quia præstantissimum illud rationis munus non habet, neglectæ rationis crimine uacabit. At homo, quoniam est dotibus egregijs refertum & elaboratum quoddam opus, tunc quoque bonitati & pulchritudini suæ responderit, quando sit ac maneat homo. Idq; tunc fiet, quando & ad bonum ipsum, & ad boni cognitionem aspirat: sed & alimentum apetit, & tristibus rebus offenditur. Vtrum enim respicias, erit homo. Mens bona, quæ secus ac suadet ratio, corpore utitur, ubi fuerit summa rerum potita, pro sua potestate sursum uorsum uertitur, & alterum alteri præfert. Id enim ea, quæ homini inest, quodlibet eligendi facultas potest: ea uidelicet, quæ est ordinata rationis facultas, quasiq; principium. Et autem inordinata motio omnis, quæ non est rectæ rationi consentanea, mentis industria. Quanquam inutilis sit interdum, & ociosa ratio: uel ob torporem & inertiam, uel ob ruditatem & inscitiam: itemq; ob rerum futurarum negligentiam, præteritarum obliuionem. Iam cupiditas & ira, haud secus ac par equorum, elapso è uehiculo auriga, perturbantur. Quæ res crimine haud uacat. Nam magister certaminum prædixit, quæ qualiáque forent certamina, & quando potissimum oportet pugilem sui curam habere, proclamauit: quæ cùm ratio neglexerit, non eorum quæ fecit, sed eorum quæ neglexit pœnas luit. Ratio enim ea, quæ stultitiæ incuriam atque in rebus gerendis inscitiam coërcere potest, adeò facile quid facto opus sit, dispicit, ut ipsum deinceps rectius ac melius perficiat. Quæ ergo in nostra sunt potestate, ea pueris minimè sunt permittenda nisi uelimus mirabiliter omnia nostra sursum uorsum ferri. Multarum rerum desiderio tenetur puer: sed mens optima, atque opem ei ferens animus prohibent, & reprimunt innumeras cupiditates. Sin quæ deterior est in homine, uis ferociat, & quæ melior est sanè quàm turbatur: quæ tamen aliquo reremedio curari potest. Et sunt remedia multa & uaria: ut bona educatio, & disciplina recta, & lex: itemq; ratio, rerum honestarum studium, honestus conuictus, scientia, & omnino omnium uitæ partium rectus ac concinnus ordo. Et sanè eorum, quæ mortalibus affluunt, bonorum commutatio, quasique huc illúcque ferri solita possessio, ad temperantiam siue continentiam momenti satis afferens est documentum ijs, qui ipsam uident atque obseruant. Quemadmodum eos qui conquirendis opibus dediti sunt, homines, ipsæ etiam pecuniarum permutationes,

quàm instabilem & fluxam rem magno sudo re compararint, quamque infidum & parum tutum bonum abs se dimiserint, satis superq; docent. At qui nihil horum cogitat, animo tranquillo esse non potest, multóque magis, turbatus temerè fertur: ac ueluti in tenebris obambulans, sed offendés, conuiciatur, quã do nihil eorum quæ in uia posita fuerant, sci uerit: suam ipsius nesciens ignorantiam, duplici morbo laborat: uno quod non se, qui non aduerterit, sed res in uia positas accuset: altero, quod idipsum quod accidit, nolit æquo animo ferre, multoq; magis quod ipsi libebat, bonum ac commodum putet. Igitur si quis improbus & scelestus homo, bonum & probum aliquem iniuria affecerit: ille quidem qui scelus ausus est patrare, obliquæ rationis œstro percitus peccauit: Deus autem omni illius rei culpa uacat. Quemadmodum enim, qui sagittam iamiamuult eiaculari, cum q sagittæ sese obuium dederit, quisquis sit, necessariò uulnerabit: sic ille quoniã improbus est, quem, poterit, quémue obuium habuerit, eũ iniuria afficiet. Ipse etiam auarus, nõ quidẽ recto fertur ordine: at peruersum auaritiæ ordinem, Deus in ordinem atque in uiam rectam reducit: idq; ceu artifex optimus, qui communi utilitati sui operis bene consulturus, quicquid est eius quod temerè effluat, sitq; aliis inutile, totum expurgat, & ut cæteris sit accommodatum cogit, inq; totius operis complementum adducit. Ergo iniuria facta, ei qui fecerit, ceu peccatum imputatur, estq; etiam damno: quippe qui, cùm fecerit, nec facti culpa uacet, nec pœnas effugiat. Ei uerò qui passus fuit iniuriam, saluti potius est quàm damno: quandoquidem & ad fœlicitatem momenti multum attulerit, & in utilitatem publicam quoque cesserit hæc afflictio. Hominibus enim sapientibus atque ad uirtutem aspirantibus sufficiens est solatium, hoc sibi persuasum habere: metu mortis ei qui bonus sit, uirtutem minimè esse fugiendam. uirtutem enim Deus proptereà diuitijs, potentia, uoluptatibus omnino uacuam esse uoluit, ut athletæ boni, non illarum quas dixi rerum, sed illius ipsius gratia, uirtutem ipsam amplecterentur: nempe ut ne cum effectibus uirtutem confunderent, & concederent aduersa bonis superari. Veluti si quis certamen cum eo quod malum est, decernat, ac uelit omnem animæ facultatem exuscitari: quo pro pulchro & bono tantum periculum subire queat: sanè ea ipsa perturbatio, fortitudinis, non imbecillitatis specimẽ erit. Et ut hoc addã etiam, si quis bonus, alicuius boni gratia, mali quiddam patiat, ac tandẽ obeat mortẽ: Spes est certissima, eũ etiã mortuũ, uiuere, & ad primũ principiũ ascẽdere, nec esse quod ullã aliã mutationẽ ptimescat: sed habeat fœlicitatẽ sempiternã, & uoluptatẽ anima pura dignam. quæ certè sunt & uidẽtur esse iusta uirtutis premia: nõ aũt dominatio, nõ opum affluentia:

αἱ τοὺς μὲν πλεονεκτεῖν ἐφιεμένους, ἐκδιδάσκουσιν ὡς οὐδὲν βέβαιον πολλῷ ἱδρῶτι προσεκτήσαντο. ὡς ἀπίστου καὶ ἀφυλάκτου πράγματος ἀπηλλάγησαν. ὁ δὲ μηδὲν τούτων διανοηθεὶς, ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δύναται. ἀλλὰ συνταραχθεὶς, εἰκῇ φέρεται. καὶ οἷον ἐν σκότῳ προσπταίων λοιδορεῖται, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἐν μέσῳ περικειμένων καλῶς, ἀλλ᾽ αὐτὴν ἀμαθῶς ἀγνοήσας τὴν ἄγνοιαν, διπλάσιον νοσεῖ. οὔτ᾽ αὐτὸς θεωρῶν, καὶ τὰ ἐν ποσὶ διαβάλλων. καὶ οὐχὶ θέλων τὸ γιγνόμενον, ἀλλ᾽ ὅπερ ἂν αὐτῷ δοκῇ τοῦτο καλὸν καὶ χρήσιμον ὑπολαμβάνων. ὥστε ἂν ἀδικήσῃ μὲν τὸν ἀγαθὸν ὁ φαῦλος. αὐτὸς δὲ ἀλογίας παρωξυμμένος, θεὸς ἀναίτιος. ἀδικήσει δὲ τὸν περιπεσόντα. οἷον τοξότου μέλλοντος, ἀνάγκη τὸν περιτυχόντα βληθῆναι, ὁποῖος ποτ᾽ ἂν ᾖ. ἀλλ᾽ ὁ μὲν πλεονέκτης οὐ κατὰ τάξιν χωρεῖ. ὁ δὲ θεὸς τῆς πλεονεξίας τὴν ἀταξίαν εἰς τάξιν ἄγει. οἷον ἄριστος τεχνίτης πρὸς τὸ κοινὸν τῆς ἐργασίας καλῶς τῷ φανέντι χρησάμενος. καὶ τὸ ἀπερριμμένον εἰκῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄχρηστον ἐκκαθαίρων καὶ συναρμόζειν ἀναγκάζων. καὶ πρὸς τὸ ὅλον συντάττων. ὥστε τὸ γιγνόμενον ἀδίκημα τῷ μὲν ποιήσαντι, κακὸν καὶ ἀδίκημα· καὶ οὐκ ἀφείθη τῆς αἰτίας ὁ δράσας, οὐδὲ ἀποδιδράσκει τὴν δίκην; τῷ δὲ παθόντι οὐ κακὸν ἀλλὰ χρήσιμον. εἴγε προσθήκην εὐδαιμονίας αὐτῷ τὸ πάθος παρέσχεν τε, καὶ εἰς ὄφελος τῷ κοινῷ συντάττεται. ἐπεὶ παράκλησις ἱκανὴ τοῖς εὖ φρονοῦσι πρὸς ἀρετὴν τὸ μὴ φόβῳ θανάτου τὸν ἀγαθὸν φεύγειν ἀρετήν. διὰ τοῦτο γὰρ αὐτὴν ὁ θεὸς περιουσίας καὶ δυναστείας καὶ ἡδονῆς γυμνὴν ἔστησεν. ὥστε τοὺς ἀγαθοὺς ἀγωνιστὰς μὴ ἕνεκά του τὴν ἀρετὴν αἱρεῖσθαι, ἀλλ᾽ αὐτῆς ἕνεκα, ὡς ἂν μὴ συνταράξωσι πάθει τὴν ἀρετήν. καὶ τὰ ἀλγεινὰ τῶν ἀγαθῶν ἡγεῖσθαι συγχωρεῖ, οἷον ἀγωνοθετῶν. καὶ βουλόμενος ὅλην τῆς ψυχῆς ἀνακινῆσαι τὴν δύναμιν. ὡς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ τηλικοῦτον κίνδυνον ἀνατλῆναι δύναται. ὥστε τῆς ἰσχύος οὐκ ἀσθενείας τὸ πάθος ἐπίδειξις γίνεται. καὶ ἄλλως εἰ ἀγαθὸς ὁ παθὼν εἰς ἀγαθὸν ἡ τελευτὴ τούτῳ συμβαίνει. ἔστι γὰρ ἔστι καὶ τελευτήσαντα ζῆν ὡς ἀληθῶς. καὶ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ἀναβαίνειν, καὶ μηκέτι δεδιέναι μεταβολήν. ἀλλ᾽ ἀθάνατον ἔχειν εὐδαιμονίαν καὶ τρυφὴν ἐμπρέπουσαν ψυχῇ καθαρᾷ, ταῦτα γὰρ ἀρετῆς ἆθλα νομίζεται. οὐ τυραννίς, οὐδὲ πλούτου περιουσία.

ἢ πολλοὺς πολλάκις μεταβέβληκε δεσπότας. καὶ ὅτι ἀγαθὰ ταῦτα εἴπερ καὶ κακῶν αἴτια. ὅτι ἀθάνατα, ἀλλὰ σκιοειδῆ φαντάσματα καὶ ἐφ' ἡμέρᾳ γίνονται. ἔστι δ' ὅτε σπεύδει μὲν πρὸς ἀρετὴν ὁ ἄνθρωπος, ὤλισθε δέ. καί τι παράνομον ἢ διεπράξατο, ἢ διενοήθη, καὶ ἡμῖν μὲν εὖ ἔχειν δοκεῖ. τὰ γὰρ ἡμέτερα προκαλύμματα, καὶ τἀκείνου ἐμποδὼν γίνεται σαφῶς τὰ ἔνδον θεωρεῖν. καὶ θαυμάζομεν ἂν τὸ παθεῖν τῇ τῆς αἰτίας ἀγνοίᾳ. τῷ δὲ δικαστῇ γυμνὰ πάντα καὶ κατιδὼν τὸν ἄνθρωπον τὰ μὲν ἄλλα πράττοντα καλῶς, μικρὸν δέ τι αὐτοῦ λελωβημένον. ἰάσιμον δὲ φαρμάκῳ, ἐνταῦθα συγχωρεῖ παθεῖν τι αὐτὸν καὶ ἀποτίσαι. ὥστε καθαρὸν γενόμενον τῶν ἐκεῖ καλῶν καθαρῶς ἀπολαύειν. εἰ δέ τις ἀδικῶν ἄνθρωπον ἄλλον, παρ' ἄλλου πάθοι κακῶς, αὐτὸς μὲν πέπονθε δικαίως. ὁ δὲ δράσας, ἀδίκως ἐπέθετο, καὶ οὐ μήποτε ἐκφύγοι. θεὸς δὲ ἀμφότερα συνέταξε. καὶ τὸν πεισόμενον διὰ ἐπιτηδείου ποιῆσαι τοῦτο ὃ παθεῖν ἐχρῆν ἐκεῖνον εἰς ταυτὸν συνήγαγε. καὶ ἑκάστου οἷον φθόγγου ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν φωνὴν ἀφιέντος. τὴν μὲν, βελτίω. τὴν δὲ, χείρω. καὶ τοῦ μὲν, ποιοῦντος, τοῦ δὲ, πάσχοντος. μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὅμως τὴν ἁρμονίαν συνεστήσατο. καὶ οὐ διὰ τοῦτο κακὸν ἐγένετο ὡς ἂν συνταχθέν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐγένετο παρ' ἡμῶν ἀπὸ τῆς προνοίας συνετάττετο. δύναμις δὲ καὶ τοῦτο μεγάλη, καλῶς καὶ τοῖς κακοῖς χρῆσθαι. καὶ τοῖς ἐξ ἡμῶν ἀμόρφοις γενομένοις, εἰς μορφὰς ἑτέρας συντελεῖν δύνασθαι. οὕτω δὴ ταῖς ψυχαῖς τὸ κατ' ἀξίαν συλλέγεται. καὶ τὸ πεπονηκὸς θεραπεύεται. καὶ τὸ κοινὸν διασώζεται πλουτείτω δὲ καὶ ὑγιαινέτω τέως ὁ πονηρός φησιν. ἡ τῆς προνοίας φιλανθρωπία. ἢ γὰρ τῇ θεραπείᾳ γένοιτ' ἂν βελτίων, καθάπερ οἱ παῖδες ἡδονῇ τινι πρὸς τέχνην παρακαλούμενοι. ἢ ἐξελεγχθεὶς καὶ πᾶν ὅτι τῆς ψυχῆς ὕπουλον γυμνώσας, καὶ ὅλον ἑαυτὸν ἐπιδειξάμενος, αὐτὸς ἑαυτῷ προευτρεπίζει τὴν φλόγα. πολλὴν ὕλην ἐπηρμένος. κἀντεῦθεν πεσὼν οὐδεμίαν ἕξει παραίτησιν οὐδὲ συγγνώμην. οὐ γὰρ ἂν ἔχοι σκήπτεσθαι. ὅτι δι' ἀπορίαν οὐκ ἐβοήθησε τοῖς εὖ παθεῖν δεομένοις, ἐπλούτει γάρ. οὐδ' ὅτι δυναστείας ἐνδείᾳ περιεώρα ἀδικουμένους. ἐτυράννει γάρ. οὐδ' ὅτι ἀρρωστίᾳ τοῦ δύνασθαι ἡττήθη τῶν ἡδονῶν. ῥώμη γὰρ σώματος προσῆν.

quæ multis etiam ipsorum dominis damnum sæpenumero dedere: multoq; minus, ea bona, ex quibus mala prouenire consueuere; quæq; non æterna sunt, sed spectra umbrarum similia, & monumenta. Interdum autem ad uirtutem contendit homo, in eoq; proposito suscepto q; consilio perit. Hic, si quid aduersum legibus patrarit, aut saltem cogitarit: nobis quidem uidetur optimè eius res habere, quippe quibus nostri, seu potius illius prætextus obstant: quo minus quid intus lateat uideamus. Ex quo solet usuuenire, ut ignoratione causæ decepti, quamobrem aduersi quid pro tulerit, admiremur. At in conspectu supremi iudicis, nuda detectaq; sunt omnia. Qui si uideat hominem aliquibus in rebus officium suum præclarè facere, in aliquibus rursus utcunque uitiatum quidem esse, uerumtamen aliquo adhuc remedio curari posse: tunc sanè permittit, ut leniore aliquo malo afficiatur, nempe ut pœnis, quas dederit, factus purior, ijs, quæ isthic adsunt, bonis castè perfruatur. Cæterum, si quis, ubi in alium fuerit iniurius, ab alio rursus malum accipiat: iure quidem ipse malum illatum feret, sed qui damnum ei dedit, iniustè dedit, minimeq; pœnas effugiet. Deus autem utrunque, quemadmodum factum est, constituit: quippe qui hominem illum iniuria uel malo afficiendum, homini ad id, quod debebat pati malum inferendum, apto atque idoneo adduxit: quanq; utrique ex utroq; uocem emittens ipse, hanc quidem meliorem, illam uerò deteriorem: altero quidem egente, sed patiente altero: unum quendam in ijs ambobus concentum dedit. Neq; uerò hoc ipsum cõstituendo peccatum com missum est: quando factum ipsum ab hominibus patratum est, à prouidentia constitutum & coordinatum. Magnæ uerò facultatis est, etiam ea, quæ malefacta sunt, in usum aliquem bonum conuertere, & quæ nos informia fecimus, ea in formam pulchram posse redigere, & perfecta exhibere. Atq; sic quidem animabus sua dignitas acquiritur, & quod aliquid est mali passum curatur, & publicum bonum conseruatur. Sed si scelestus aliquis ditescat ac ualeat, id quidem constat esse ex prouidentiæ diuinæ erga nos propensa uoluntate & gratia. Siue enim hoc remedio fiat melior, quemadmodum pueri quibusdam illecebris ad bonarum artium studia inuitari solẽt: siue conuictus desperatæ maliciæ, atque nudato eo, quod lãtebat, animæ totius ulcere; seipsum, quàm sit intus & in cute malus, prodiderit flammam ipse sibi parat, multam uidelicet materiam cumulans, unde etiam lapsus nullam habebit neq; excusationem, neq; culpæ cõ donationem. Neq; enim potest comminisci, quod propter inopiam egentibus non potuerit succurrere, q̃ diuitijs abundabat: neq; etiã fingere, quod potẽtia ac uirib. destitutus, eos q̃ premerẽtur iniurijs, neglexerit, qui summ⁹ rerũ dominus erat: neq; prætexere, quod imbecillitate suapte factũ sit, ut uoluptatib. succũberet, cui corporis robur alias ad res affuerat.

Nam ut

Nam ut omnibus constet, quàm multa ſit huius iudicis, & excellens iuſtitia: uult ille, ipſe iudicium ſuum nec obſcurum eſſe, nec ambiguum: uerùm ſic iudicare, ut reus & pœnam ſibi irrogatam ferat, & ſententiam ab iudice de ſe latam ſuſpiciat atque reuereatur. Etenim ſi mors omnium rerum finis ultimus eſſet: rectè in quæſtionem uocarent homines, quî nam fieret, ut homo ſceleſtus in imperio, atq; in lauta fortuna uitam ſuam omnem finiret. Iam uerò cùm immortalis ſit anima, ac neque ad inferos demiſſa pœnam effugiat, ſed iſtic maximè anteactæ uitæ uindictam ſentiat, cùm in ima tartara ceciderit, inde nunquam eſt exitura. Quamobrem inſperati lucri uice fuerit, hic ægrotare, egere, ſeruum eſſe: cùm is qui illa præfert, in priuato uitæ genere, parum deliquerit, ac deinceps membrorum ſuorum compactione iam ſoluta, iamq; eius fortunæ ſuæ cauſa cognita, ac ſatis deplorata, à ſupplicijs inferorum liber & immunis euadat. Alius execto oculo factus hic exemplum iuſtitiæ, uitij ſui, ſiue perturbationis euentum odio proſecutus ac deteſtatus, liber etiam ipſe euadit.

Theophr. Egregiè tu quidem abſtruſas illas atque abditas res exponis. At ille de quo dixeras, quia fecerat iniuriam alteri, ideo priuatus eſt oculis, puer autem qui recens natus cæcus eſt, quando antea nec uixit, nec peccatum commiſit ullum: quibus de cauſis, dic ſodes, oculorum morbo grauatur? Axith. Quæ ſunt huius generis ſeu miſeriæ, ſeu ægritudines, eas ego potius ex aliquo corporis infortunio, quàm animæ puniendæ cauſa arbitror euenire. Etenim ex principio deficiente & debili, quæcunque conſequuntur, confuſa ac manca ſint neceſſe eſt. Quid enim ſibi cohæreat, eo ipſo, ex quo totum deſumptum eſt, diſſoluto? Ergo ſi principium ſeminis, & ipſa materiæ uis præpolleat, quicquid coagmentatum eſt, & affabre effictum, & exornatum ab opifice procreâte, idipſum fœtus pulcherrimus, ac quaſi uiua quædam ſtatua exiſtit. At humano ſemine, propter caloris inopiam tabeſcente, & materia per nimium humorem turbata, aquis totum corpus illud quaſi undis obruitur, tantoq; magis cadit, ac ſuffocatur. Quo fit uti neceſſe ſit id quod naſcitur in contrarium conuerti. Contraria uerò ſunt, robori debilitas: ei quod ſaluum eſt, id quod perijt: ſano & incollumi, quod morbidum eſt & ægrum. Atq; hac ratione potiſſimum accidit, ut multi infantes, imbecilles, & monſtri ſimiles, & mutili naſcantur. Vnde etiam alius digito uno abundat, alius uno caret: & alius quidem ſecundum naturam, alius obuerſo tergo in lucem prodit, tum alius uel ex parentum uel cognatorum aliquo tabidum aliquid ſibi contraxit. Ac rurſus oculus alij imperfectus manſit, alij detortus fuit. Nec defuêre, quibus dextræ cõtractæ eſſent: quorũ aliq

βούλεται γὰρ ὁ δικαστὴς διʼ ὑπερβολὴν δικαιοσύνης οὐκ ἀμφίβολον εἶναι τὴν κρίσιν. ἀλλʼ ὥστε τὸν ἑαλωκότα καὶ ὑπέχειν καὶ τοῦ δικαστοῦ θαυμάζειν τὴν ψῆφον. εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, καλῶς ἂν ἠπόρουν, εἴ τις πονηρὸς ὢν ἐν τυραννίδι τὸν βίον ἐτελεύτησε. νῦν δὲ ἐπεὶ ἀθάνατος ἡ ψυχή, οὐδὲ εἰς ᾅδου μεταχωρήσασα φεύγει τὴν δίκην, ἀλλʼ ἐκεῖ μάλιστα τῆς τιμωρίας αἰσθάνεται, εἰς τάρταρον πεσοῦσα ὅθεν οὔποτε ἐκβήσεται. ὥστε ἕρμαιον τοῖς κακοῖς ἐνταῦθα νοσεῖν τε καὶ ἀπορεῖν καὶ δουλεύειν. ἤδη γάρ τις ἐν τῷ ἰδιωτεύειν μικρὰ διαμαρτών, τῆς τῶν μελῶν ἁρμονίας αὐτῷ διαλυθείσης τὴν αἰτίαν μαθὼν καὶ ταύτην ἐκδακρύσας, τῆς ἐν ᾅδου τιμωρίας ἀπηλλάγη. ἕτερος δὲ ἐκκοπεὶς τὸν ὀφθαλμόν, καὶ παράδειγμα τῆς δίκης τῇδε γενόμενος, μισήσας τὴν τοῦ πάθους ὑπόθεσιν ἐλεύθερος ἀφείθη.

Θεοφρ. Καλῶς ὦ γενναῖε τὰ ἀπόρρητα δημηγορεῖς. ἀλλʼ ἐκεῖνος μὲν ἡ δίκη γοῦν, τῶν ὀφθαλμῶν ἀφῄρηται. τὸ δὲ παιδίον τυφλὸν ἄρτι τεχθέν, εἰ μὴ προβεβίωκεν, οὐδὲ προδιήμαρτε. πῶς γοῦν πόθεν οὖν εἰπέ μοι τῶν ὀφθαλμῶν ἡ νόσος. Αξιθ. Τούτων ἔγωγε τὰ πολλὰ, σώματος δυστυχίαν οὐ ψυχῆς τιμωρίαν εἶναι λογίζομαι. τῆς γὰρ ἀρχῆς μὴ ἀρκούσης, ἀνάγκη τὰς ἑπομένας συμπεφύρθαι. τί γὰρ συνέχοι διαλυθέντος ἐκείνου ἐξ οὗ τὸ ὅλον ἐξήρτηται. εἰ μὲν οὖν ἡ τοῦ σπέρματος ἀρχὴ καὶ δύναμις τῆς ὕλης ἐπικρατεῖ, συνιστάμενον ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦντος καὶ σχηματιζόμενον καὶ διακοσμούμενον, καλὸν τὸ κύημα καὶ οἷον ἔμψυχον ἄγαλμα γίνεται. τῆς δὲ γονῆς μαραινομένης θερμότητος ἐνδείᾳ, καὶ τῆς ὕλης ἐπανισταμένης ὑγρότητος περιουσίᾳ, τὸ ὕδωρ ἐπικλύζεται, καὶ μᾶλλον ὀλισθαίνει, καὶ ὅλως κατέδυ. καὶ εἰς τοὐναντίον ἀνάγκη τὸ φυόμενον μεταβάλλειν. ἐναντίον δὲ δυνάμει μὲν, ἀδυναμία. τῷ δὲ ἐρρωμένῳ, τὸ διεφθαρμένον, τῷ δὲ ὑγιεινῷ τὸ νοσερόν. καὶ ταύτῃ μᾶλλον τὰ ἀσθενῆ καὶ τερατώδη καὶ λελωβημένα τῶν παίδων γίγνεται. ἐντεῦθεν τῷ μὲν, περιττὸς δάκτυλος ἐξήρτηται. τῷ δὲ, ἀφῄρηται. καὶ τὸ μὲν, παρῆλθε τὴν φύσιν. τὸ δὲ κατόπιν ἐγένετο. καὶ ὁ μὲν, ἐκ γένους τι φθινῶδες ἐπισύρεται. τοῦ δὲ, ἀτελὴς ὁ ὀφθαλμὸς διέμεινεν, ὁ μὲν, τοὺς πόδας διέστραπτε. ὁ δὲ συνεσταμένην εὗρε τὴν δεξιάν. καὶ τούτων οἱ μὲν,

ad ſummum

εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἀνέβησαν. καὶ οὐδὲν ἐμποδὼν ἐγένετο παρακεκομμένον τὸ σῶμα. οἱ δὲ εἰς κακίαν ἐμπεπτωκότων, οὐ πράττουσιν ὅσον ἐθέλουσιν. καὶ γίγνεται ψυχῆς αὐτοῖς φυλακὴ ἡ τοῦ σώματος βλάβη, καὶ σωτηρία μᾶλλον οὐ τιμωρία τὸ πάθος τοῖς ὁρῶσιν ἐφάνη. οἱ δὲ οἷον ἐν σκότει πλανηθέντων, καὶ τῆς αὐτῶν ψυχῆς τὸ ὄμμα πεπηρωμένον καὶ ἀτελὲς καταλειπόντων, τὸν τυφλοῦ τὴν ψυχὴν. ὥσπερ ἐν ᾅδου τιμωρουμένην ἤδη κακίζουσιν. ἔχω δέ σοι καὶ ἕτερον λόγον ἀπόρρητον διεξιέναι. οὐ τὸ παρὸν μόνον βλέπει τῆς προνοίας ὁ νόμος. ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον γίγνεσθαι καὶ οἷς προσήκει, τὴν ἀξίαν ἐκεῖθεν τάττει. τὸν μὲν, γενέσθαι δοῦλον ἀφῆκε, χαλεπὸς γὰρ ἂν δεσπότης ἐφάνη. τὸν δὲ, πένητα καταλέλοιπε κακῶς γὰρ ἂν ἐχρήσατο τῷ πλούτῳ. ὁ δὲ, ἔμελλε γὰρ ἐξαπατᾶν καὶ κολακεύειν, καὶ ὀξέως πρὸς ἀπάτας ἐξάγειν τὸν πεσόντα, συνεθλάσθη τὴν κεφαλὴν, ἔνθα μάλιστα τῆς ψυχῆς ἡ ἐνέργεια· καὶ ὁ λόγος ἤργησε, καὶ ἀνόητος διέμεινεν, οὗτος ὁ ἄνθρωπος οἷον εἴ τις πρὸς φόνον ἕτοιμος γενόμενος, ἀναινομένης αὐτῷ τῆς δεξιᾶς, ἡσυχίαν ἄγειν ἠγάπησεν. ἡκέτω δὲ ἡμῖν εἰς μέσον ὁ τυφλὸς παῖς περὶ οὗ ὁ λόγος. χειραγωγούμενος τῷ λόγῳ οὗτος ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς χρήσεται, εἰ χρήσεται. διὸ συγκεκλεῖσθαι συνεχώρησεν· τοῦτο τῷ πεπονθότι συνήνεγκε. καὶ ὁ τυφλὸς ἐκεῖνος τοῦ λυγκέως εὐδαιμονέστερος. εἰ δικαιότερος γένοιτο. οὐ πολλοῖς δὲ τοῦτο συμβαίνει. οὐ γὰρ ἔδει πολλὰ παρὰ φύσιν συγχωρεῖν γίνεσθαι. ὡς ἂν μὴ συνταραχθείη φύσις, ἣν αὐτὸς ἔταξεν. ἔδει δὲ συγχωρεῖν. ὡς ἂν μάθοιμεν τῇ τοῦ ἀμόρφου παραθέσει, οἷον τὸ κάλλος. καὶ ὅθεν ἀφῖκται τῇ φύσει τοῦ κάλλους ἡ χορηγία. ἀκριβεστέρα γὰρ τοῦ καλοῦ γνῶσις, ἡ τοῦ κακοῦ γίγνεται πεῖρα. τὸ δὲ χαριέστατον, οὐχ εἷς τῆς θεραπείας ὁ τρόπος. οὐ γὰρ ἑνὶ φαρμάκῳ ἡ τῆς προνοίας ἰατρικὴ χρήσαιτ' ἄν. ἀλλ' ἄλλο ἄλλῳ προσφέρει. ἅπασι δὲ προσφέρει. ποικίλη γὰρ ἡ τέχνη. ἐπεὶ τὰ πάθη ποικίλλεται. ὁ μὲν, τῷ μὴ ὁρᾶν, τοῦ κακῶς ἐρᾶν ἀπηλλάγη. ὁ δὲ καὶ τούτου καταφρονήσας, τοῦ ὀξέως ὁρῶντος ὀξύτερος πρὸς ἡδονὰς ἐφάνη, καὶ φάρμακον ἕτερον ἐπιζητεῖ. ἐνίοτε δὲ καὶ πῦρ ἀναμίγνει καὶ σίδηρον. τῷ δὲ, πρὸς σωφροσύνην ἤρκεσεν ἡ τῶν χρημάτων ἀπορία. καὶ ἄλλῳ ἄλλο συμφέρει. καὶ οὐ ταὐτὸν ἅπασι.

ad summum sapientiæ culmen ascenderunt: nec corporis uitio quo minus isthac peruenirent, impediri potuere: aliqui uerò in malitiam lapsi, nō quantum uellent peccare possunt: estq; illis hoc corporis incommodum, quasi quædam animæ eorum diuinitus attributa custodia: uideturq; rem rectè reputantibus saluti potius esse quàm damno. Qui uero in tenebris oberrant, & suæ ipsorum animę oculum mancum atq; imperfectum haud respiciunt, illi solent cæci illius animam, quasi pœnis inferorum affecta iam esset, sic contēptā atq; abiectam iudicare. Verùm aliā etiam occultam rationem possum tibi referre. Non in eas solùm quæ modò ante pedes sunt res, prouidentiæ lex animaduertit: uerùm etiam in eas quę longo post tempore eueniunt, prospicit: tum quæ quibusq; conuenientia sunt atq; digna, ea ut eueniant, decernit. Hunc quidem, quoniam durus in seruos herus futurus esse uidebatur, seruum fieri permisit: illum uerò quod malè esset usurus opibus, pauperem reliquit atq; egenum. Ille quia decepturus & adulaturus, ac falsos statim damno affecturus erat: capite, in quo animæ sedes ac uis est, læsus atq; ictus est: unde eum ipsum ratio defecit, ipseq; stolidus atq; imprudens euasit. Alij rursus procliui ad cædem facto dextra contabuit: eoq; factum est, uti sibi tranquillè potius pacateq; uiuendum putet. Sed prodeat in medium cæcus ille puer, qui ratione duce aliās uti solet: quo de nobis antea quoq; sermo fuit. Hic si suorum haberet oculorum usum ullum, certè haberet lasciuum atq; impudicū. Quare ei Prouidentia oculos clausit, hácque plaga ipsum affectū coërcuit: estq; cæcus hic factus Lynceo ipso fœlicior, quādo simul etiā iustior euasit. Neque uerò multis id usuuenit quando minimè oportuit præter naturam ut euenirent plurima, dare: sed pulchritudinis suæ munus, naturæ quā Deus ipse constituit, ut ne tota turbata tandem euerteretur, saluū atq; integrum relinqui. Ac rursus hæc ut euenirent, oportuit concedi, ut ei quod pulchrū est, eò quòd deforme est opposito, quantopere excellit pulchritudo, unde esset suus naturę decor, cognosceremus. Perfectior enim penes eos est, & plenior boni cognitio, q̄ malorum aliquid experti sunt. Ac quod gratissimū est, non una eadēq; est huius medicinę ratio. Hæc enim prouidētię medicina, omnia quidē curat, nō autē unū idemq; medicamentū omnibus affert, sed ad alios morbos pharmaca alia profert: quādo cùm morbi sint multi & uarij, ars quoq; ipsa multiplex sit necesse est. Hic quidē eo ipso quod nil uidet malis etiā amoribus prohibitus atq; exclusus est: ille etiā hoc aspernatus remediū, aliquo alio acutissimis oculis prædito longè uehementius ad libidines fertur, ac propterea alio quoq; remedio opus habet. Vnde & interdū flamma aut ferro coërcetur. Alijs ad temperantiam pecuniarū inopia sufficiēs remedium, alijs aliud salubre fuit. Neq; idem pharmacum omnib. adhibitū.

Suntq; etiam cuiusque morbi remedia multa & uaria: Qua de causa ars quoque ipsa est & habetur illustrior. Verùm qui medicæ facultatis huius est ignarus, is, si quod antea sibi nec uisum nec exploratum medicamentum uidet, medicum ipsum conuicijs statim petit. Solent enim qui sine ratione & doctrina medicam artem aggrediuntur, cùm unum quoddam medicamentum cognorint, illud ipsum omnibus ægrè affectis semper adhibere, nulla naturæ, temperamenti, loci, ætatis, morbi habita ratione: quarum rerum cum, qui peritus sit artis medicæ, nihil omnino præterijsset. Existimandum est autem omnino, nec pauperiem, nec morbum, nec quæcunque alia, quæ uulgo uidentur & dicuntur mala, ijs qui boni sunt, esse mala: quando ipsi neque diuitijs, neque corporis robori atque formæ comparandis multum student. Malis autem hæc existimantur mala, quæ etiã bonis potuerint boni plus afferre. Omnis enim naturę uitiositas uoluptate haud secus atque oleo flamma exuscitatur: dolore uerò ceu mandragora sopitur. Neque enim in corporibus modo, uerùm etiam in animis: contraria contrarijs adhibita, remedio solent esse. Neque etiam futura malitia, priusquam in apertum erumpat, semper aliquo morbo reprimitur: quando prouidentiam non oportuit eiusmodi esse, uti nos in nihilum omnino redigeremur. Etenim si quicquid est, prouidentia sit, nihil prorsus esset. Ac cuius quæso, quicquid est, esset, si diuina omnia foret? Itaque parentes etiam, ut imbecillitatis natorum rei, sunt accusandi: Nascuntur enim ex caluis calui, itémque ex ægris ægri: quemadmodum & Hippocrates, & ipsa rei ratio docent. Et intemperantia atque ebrietas, ea quæ iam sata fuerant damno plerunque affecere: quando semen ipsum deterius & omnino euanidum est, ac ueluti argentum adulterinum artificis manum refugit, atque formam omnem recusat: sic illud ipsum formam à ratione sine causa recipere nullam potest. Atque hinc quidem monstra permulta, multiq; morbi nascuntur. Minimeq; hæc etiam utilitate sua carẽt cùm sint hominibus intemperantię non obscura reprehensio, eosq; excitent etiam, uti uigilent magis, atq; ad liberorũ procreationẽ sobrij potius accedãt. Quamobrẽm Hebræorũ legem ipse quoq; recipio, quæ mutili nati hominis patrẽ lapidib. obruit, eo quod tãtisper se cõtinere, atq; à muliere dũ munda fieret, abstinere nequiuerit. Vnde materiæ nimia copia, & turpissimus pueri morbus enasceret necesse fuit. Et Lacædemoniorũ legislator, hoc ipso Reipu. suæ præclarè cõsuluit, quod nec muliebri sexui quietis atq; ocij locum ullũ reliquerit: existimãs, si uterq; parens robore laborib. confirmato præpolleat, oportere etiam robustiores liberos gigni. Atq; hæc est illa ꝓuidẽtiæ ratio, quã nisi q ratione recta destitutus est, reprehendit nemo. Quemadmodum etiam qui pingẽdi artem ignorãt, scite, &

καὶ ἑκάστου πάθους συχνὰ τὰ φάρμακα. ὅθεν ἡ τέχνη καλλωπίζεται. ἀλλ᾽ ὁ τῆς ἰατρικῆς ἄπειρος, εἰ κατίδοι φάρμακον ὅπερ ἠγνόησε, τὸν ἰατρὸν ἐλοιδόρησεν. ὁ δ᾽ ἄνευ λόγου καὶ ἐπιστήμης ἐπεμβαίνων τῇ τέχνῃ, ἓν μαθὼν φάρμακον, τοῦτο πᾶσιν ἐπάγει τοῖς κάμνουσιν· οὐδὲν διορίζων, οὐ φύσιν, οὐ κρᾶσιν, οὐ χώραν, οὐχ ἡλικίαν, οὐ πάθος. ὧν οὐδὲν τὸν τεχνικώτατον παρέδραμεν. ὅλως δὲ πενία καὶ νόσος καὶ τὰ λεγόμενα κακά, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οὐδέν. οὐ γὰρ εἰς πλοῦτον ἢ σώματος ῥώμην, ἢ κάλλος αὐτοῖς ἡ παρασκευή. τοῖς δὲ φαυλοτάτοις συμφορὰ νομίζεται· ἀλλ᾽ ὅμως κἀκείνοις ἔτι μᾶλλον συνήνεγκε. πᾶσαν γὰρ δὴ κακίαν ἡδονὴ μὲν ὥσπερ ἔλαιον φλόγα διεγείρει. λύπη δὲ καθάπερ ὁ μανδραγόρας κοιμίζει. οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς σώμασιν ἀλλὰ καὶ ταῖς ψυχαῖς τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα γίγνεται. οὐκ ἀεὶ δὲ μέλλουσα κακία νόσῳ προαναστέλλεται. οὐ γὰρ ἔδει τὴν πρόνοιαν οὕτως εἶναι. ὡς μηδὲν ἡμᾶς εἶναι. πάντα γὰρ οὔσης προνοίας, οὐδ᾽ ἂν εἴη. τίνος γὰρ ἂν εἴη. εἰ μόνον οἴη τὸ θεῖον; διὸ δὴ καὶ πατέρας τῆς τῶν τικτομένων ἀσθενείας αἰτιατέον. γίγνονται δὲ καὶ ἐκ φαλακρῶν, φαλακροί. καὶ ἐκ νοσωδῶν νοσώδεις. ὡς Ἱπποκράτης βούλεται καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος. καὶ ἀκολασία καὶ μέθη τὸ σπειρόμενον κατέβλαψε. χεῖρον παρεχομένη τὸ σπέρμα καὶ ἐξίτηλον. ὡς μὴ ῥᾳδίως ὑπομένειν τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου μορφήν. οἷον ἄργυρος κίβδηλος, δι᾽ ἀσθένειαν ἀποφεύγει τοῦ δημιουργοῦ τὴν τέχνην, καὶ τὸ εἶδος ἀναίνεται. ἐντεῦθεν τὰ πολλὰ τέρατα καὶ παθήματα τίκτεται. καὶ οὐδὲ ταῦτα παντελῶς ἄχρηστα τῷ παντί. ἔλεγχος γὰρ ἀκολασίας γίγνεται. καὶ ἐγείρει καὶ ἐγρηγορέναι τοὺς ἄλλους ἀναπείθει, ὥστε νήφοντας εἰς παιδοποιίαν ἰέναι. ἐπεὶ καὶ τῶν Ἑβραίων τὸν νόμον προσίεμαι, ὃς τοῦ λελωβημένου τὸν πατέρα κατέλευσεν, ὅτι δι᾽ ἀκρασίαν τῆς γυναικὸς τὸν καθαρμὸν οὐχ ὑπέμεινεν. ὅθεν ἡ τῆς ὕλης πλεονεξία καὶ ἡ αἰσχίστη τοῦ παιδὸς νόσος. καὶ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων νομοθέτης εὖ ἐβουλεύσατο. οὐδὲ ταῖς γυναιξὶν ἀργεῖν συγχωρῶν. ἀμφοτέρων γὰρ ὄντων ἐρρωμενεστέρων ἐρρωμενέστερα καὶ τὰ τικτόμενα φιλεῖ γίγνεσθαι. οὗτος τῆς προνοίας ὁ λόγος, ὃν οὐδεὶς μέμφεται, πλὴν ἀλογίᾳ χρώμενος ὥσπερ οἱ τῆς γραφικῆς ἄπειροι.

οἱ τὰ ποικίλα καὶ γλαφυρὰ καὶ χαρίεντα τῆς τέχνης κακίζουσιν.

Θεοφρ. Εἶτ' οὐκ ἀνώμαλον τὸν μὲν, παρὰ τὴν γένεσιν, τεθνάναι, τὸν δὲ, ἐπὶ γήρως ὁδῷ. 6 Αξιθ. Θεὸς ἐπ' ὠφελείᾳ συστέλλει, καὶ ἐπὶ μακρότατον προάγει τὸν βίον. εἰ μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ θᾶττον ἀπέλθοι, διεκόσμησε μὲν τὴν ὕλην, ᾗ τὸ εἶδος ἐπέθηκεν. αὐτὴ δὲ πρὸ τῆς βλάβης ἀπῆλθε. καὶ προσεκέρδανε τῆς γνώσεως τὴν πεῖραν, καὶ τῇ παραθέσει τοῦ θνητοῦ σώματος τὸ ἀθάνατον ἄμεινον ἔγνω. καὶ τῷ θνητῷ σώματι τῆς ἀθανασίας τὸν λόγον ἐγκατέσπειρε. καὶ τοὺς ὄντας ἐκδιδάσκει μὴ πάντα τῇ φύσει πιστεύειν. οὐ γὰρ αὕτη τοῦ ζῆν ἔχει τὸ κῦρος· ἢ γὰρ ἂν ἐπὶ ῥητοῖς προὔβαινε καὶ τὸν χρόνον διώριζε. καὶ τοῦτον ἅπασιν ἐχορήγει. οὐδὲν προσσκοποῦσα εἴτε ἄμεινον, εἴτε μή. προνοίας γὰρ οὐ φύσεως τοῦτο. διόπερ αὕτη πρὸς τὸ λυσιτελοῦν τὸ διάφορον ἔχει. καὶ μετατίθεται ὡς ἂν τῷ ἐπιστατοῦντι τῶν ὅλων δοκῇ. εἰ δέ τις εἰς γῆρας ἀφίκοιτο, κίνδυνος μὲν μειζόνων δὲ τῶν ἄθλων ἀπήλαυσεν. εἰ τὰ προειρημένα μαθὼν καὶ ποιήσας πᾶσάν τε σοφίαν καὶ ἐπιστήμην καὶ τέχνην εἰσαγαγὼν τῷ βίῳ. καὶ μὴ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅπασαν διακοσμήσας ἀπέλθοι. οὐ γὰρ ἔδει τὸν αὐτὸν χρόνον ἅπασι διορίζεσθαι. ἢ γὰρ ἂν ἀσελγείᾳ συζήσαντες ἄνθρωποι, σωφροσύνῃ παρὰ τὴν πολιὰν ἐπρέσβευον. καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐντρυφήσαντες, τοῦ γήρως τὴν δικαιοσύνην προὐβάλοντο. εἰ γὰρ νῦν ἀκολασίαν καὶ πλεονεξίαν οὕτω ῥᾷστα διώκουσιν, οὐκ εἰδότες εἰ μέχρι τῆς ἑσπέρας βιώσονται. τί ἂν ἔδρασαν εὖ εἰδότες ὡς εἰς γῆρας ἀφίξονται. μὴ δή τις φιλοχρηματείτω παιδίων ἕνεκα. ἄδηλον νομίζων εἰ πρὶν ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐλθεῖν, διαφθαρήσονται. καὶ μὲν δὴ θεῖος καὶ οὗτος νόμος πρὸ τῆς ὥρας ἐνίους ἀπελθεῖν. καὶ πέρα ὅρου βιῶναι τὸν ἄριστον εἰ καιρὸς καλοίη καὶ χρεία. προνοίας γὰρ πρὸς τὸ καλὸν τεθῆναι, καὶ πρὸς τὸ κάλλιστον μετατεθῆναι. εἰ δὲ παγίως ὁ ὅρος ἵδρυτο, ἀνάγκης οὐ προνοίας ἐδόκει. νῦν δὲ τοῦτον ἐᾷ παραβαίνεσθαι τοὺς συνιέναι δυναμένους ἐκδιδάσκουσα. ὅτι πρὸς ἐξουσίαν οὐ πρὸς ἀνάγκην εἰς τάξιν ἕκαστα τίθησι. καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον μετατίθησι. καὶ μετὰ νοῦ, οὐ μάτην. καὶ πρὸς διδασκαλίαν, οὐ πρὸς βίαν ἀφίησι, καὶ οὐκ ἀφίησι.

interdum etiam picturas uariè, ſcitè, & ut delectare poſsint, factas reprehendant.

Theophraſt. An uerò non iniquum eſt, alium quidem, ut primum natus eſt, uita priuari alium rurſus hac ipſa ad ultimam uſque ſenectutem frui? Axith. Vitam humanam Deus, utilitatis noſtræ habita ratione, & ut breuior ſit, contrahit, & ut ſit diuturnior, producit. Etenim anima, ſi citius recedat, materiam cui formam dedit, eo ipſo ornauit: ipſa uerò citra detrimentum ſuum diſceſsit, quando generationis experimentum lucrata eſt, & oppoſito ſibi corpore mortali, quantò pręſtet immortalem eſſet, pleniùs atque meliùs cognouit: denique etiam immortalitatis rationem mortali corpori inſeuit, atque homines reliquos edocuit, ne omnia naturæ credant. Neque enim hæc dominium uitæ habet: alioquin eam certis legibus extenderet, ac tempus eius terminis ſuis definiret, atq; adeò illam ipſam ſuppeditaret: nec utrum melius deteriúsue eſſet, magnopere laboraret. Prouidentiæ uerò, non naturæ munus hoc eſt. Vnde etiam ea ſecundum noſtra commoda, diuerſos hoſce uitæ noſtræ terminos figit, eóſque ut rerum omnium moderatori uiſum erit, huc illucq; transfert. Sin aliquis ad ultimam ſenectutem perueniat, eò maiorum quidem certaminum periculum erit: ſed ſi quæ propoſita ſunt didicerit ac fecerit omnia, omnemq; etiam ſapientiam, & ſcientiam, & artem in uſum humanæ uitæ introduxerit: hic poſtquam non modò ſibi ipſi, uerū etiam uniuerſæ terræ ſummo ornamento fuiſſet, è uiuis exceſsit. Neq; enim oportuit iiſdem terminis atq; ſpacijs definitum uitæ tempus omnib. dari: quando hoc dato, eò res delaberentur, ut homines multò minus pudicè uitam agerent, ac continētiam uſq; in ętatem ultimam differrent: quiq; dum florerent ætate, rebus alienis frui conſueuiſſent, iam ſenes facti, uix dum iuſtitiam ſeruarent. Ac ſi iam impudicitiam atque auaritiam adeò facilè perſequuntur, cum neſciunt, an uſq; ad ſenectā ultimā ſeſe peruenturos certè ſcirent, facturos putes? Et ne quis liberorum ſuorum gratia pecunijs coaceruandis nimium ſtuderet, ac potius cogitaret incertum eſſe, an prius intereat, quam hæreditatem adire poſſunt: hęc quoque diuinitus introducta lex eſt, ut ante tempus è uiuis excedant aliqui: ac rurſus, ſi tempus & res ferant, ultra terminum optimus quiſque uiuat. Solet enim prouidentia non ſolum bene res conſtituere, uerùm etiam optimè, quæ conſtituta fuerant, quocunque par eſt transferre. Terminum enim ſuo loco fixum manere, uidetur eſſe neceſsitatis, non prouidentiæ. Interdum autem, ut fixum terminum tranſiliant aliqui, permittit, nempe ut eos, qui ingenio ualent, edoceat: ſolere ſeſe, ex libera quadam ac nullis legibus aſtricta poteſtate, non autem ulla coactam neceſsitate, in ordinem rectum, quæ fiunt, cogere, atque ad id quod optimum ſit transferre: idq; prudenter, & adductam aliqua ratione: non temere & fruſtra: ut doceat non ut cogat, uel concedere, uel non concedere.

Quę res potentię nō imbecillitatis: industrię, non socordię significationem habet. Nemini igitur mirum uideri debet, si corporib. accidant innumera huius generis incōmoda cum non accidant citra grauem aliquam causam: ac sæpe materia, suis ipsa uirib. destituta, animę comitē se pręstare non possit, & priusquā bene & pulchre uideatur, cadat. Ex quo cognouerunt qui cum creatore materiam simul conferunt, & paris momēti ducūt, quod hęc sit ultimū quiddam non principium: imbecillis, nō uirtute pari prædita: aliunde non ex se uitam nacta. Sed & interdū materia, corpore iam ornata cōfunditur atq; dissoluitur: cum eam aut irruens fera discerpserit, aut incidens in ipsam lapis contriuerit. Nonnunquā etiam homo uel nimio potu suffocat, uel potu nullo prorsus usus occumbit. Nec raro satietas atq; fames idem fecere. Quin etiā hostis irruēs obuium quendam iugulauerit, & undę maris demerserint, aut terręmotus absumpserit, aut fulmen prostrauerit. Quamobrē cum hominib. adeò multæ & uariæ res eueniant non est illud inopinatū quiddam, si quis illarum aliqua intercipiatur, multoq; magis mirandum esset, si tot casus omnes effugerent. Hęc enim singula si cōsideres, contrarium est alterū alteri: sin uniuersa respicias, congruunt. Habet enim hoc ipsum harmonia, ut ex cōtrarijs sonis cōcentum unum efficiat. Iam si pater eius qui perijt, filij, inuisus fuit, ut maiore dolore affectus, æquior ac melior euadat, eo casu minime potuit impediri. Sin autem iustus fuit, hoc ipso ad illustriorē uirtutis probationem deuenit. Nihil enim fortasse puer ille pręclare & fortiter facturus fuerat. alioquin supra quàm sperari uel optari poterat, saluus conseruatus esset. Veluti sæpe & multum usu uenisse ferunt. ut quod Pelias, Telephus, Cyrus feris obiecti, ab his nutriti atque educati sunt quibus pascendis ac nutriendis expositi fuerant. Futurum enim erat, ut magnas ipsi res atque stupendas gererent. Quemadmodum & Hercules fertur, rupta, qua uehebatur naui, à quadam balena deuoratus, & nihilominus saluus conseruatus esse. Et colligi posset ingens heroum turba, eorum, qui cùm in pericula maxima incidissent, tamen ope diuina magis quàm spe & expectatione sua semper euaserunt. Rursus non pauci sunt, qui in his ipsis, in quæ inciderant, malis capti atque irretiti perierunt. Idq; perinde omnino accidit, ut uidebatur & ijs, qui inciderant, & illis, qui spectabant utile fore. Alijs morbus læsę mentis sedatus est: in alijs rursus horrendus uisus est. Sæpe etiam qui uirtute est præditus, miseriarum aliquid perfert, nempe ut ne se ipsum efferens, ipsam uirtutem contumelia atq; iniuria afficiat, néue qui ab illo sæpe conseruati sunt, obliti mortalis naturę, iam ipsum Dei, non amplius hominis loco habendū putent. Quo morbo plerięq; Græcorū, Thracum,

ταῦτα δὲ δυνάμεως οὐκ ἀσθενείας. καὶ ἐπιμελείας οὐκ ἀργίας σύμβολα γίγνεται. μὴ δὴ θαυμαζέτω μηδείς, εἰ τῶν σωμάτων μυρία τὰ συμπτώματα γίγνεται, οὐ γὰρ μάτην ἐπιγίνεται, ἀλλὰ πολλάκις μὲν ἀδυνατήσασα ἡ ὕλη ἐπιστῆσαι ψυχῇ πρὶν εὖ καὶ καλῶς ὀφθῆναι, κατέπεσεν. ἔγνωσαν δὲ οἱ τῷ δημιουργῷ τὴν ὕλην ἅμα συνεισφέροντες καὶ ἰσόρροπον ἄγοντες, ὡς ἔσχατον οὐκ ἀρχὴ καὶ ὡς ἀσθενὴς οὐκ ἀντίπαλος· καὶ ὡς ἔξωθεν οὐ παρ' ἑαυτῆς τῆς ζωῆς ἀπήλαυσεν. ἤδη δὲ καὶ διακοσμηθεῖσα τοῦ σώματος ἡ ὕλη, συνταράττεται καὶ διαλύεται. ἢ γὰρ ἐπιθέμενον θηρίον διεσπάραξεν, ἢ λίθος ἐμπεσὼν ἐπάταξεν. ἐνίοτε δὲ πολλὰ πεπωκὼς ἄνθρωπος, ἀπεπνίγη, ἢ οὐδὲν πεπωκὼς ἀπεῖπε. πλησμονή τε καὶ λιμὸς ταὐτὸν ἔδρασαν· καὶ μὴν καὶ πολέμιος εἰσβαλὼν, τὸν προσιόντα κατέσφαξε, καὶ κατέκλυσε θάλασσα, καὶ σεισμὸς κατέχωσε, καὶ σκηπτὸς ἠφάνισε. καὶ οὐ παράδοξον εἰ τοσούτων ἐν μέσῳ συμπτωμάτων ἁλώσεται. ἀλλ' εἰ πάντα διαφεύξεται. ἐναντίον μὲν γὰρ ἄλλῳ ἄλλο. τῷ δὲ παντὶ οὐδέν. ἁρμονίας γὰρ καὶ τοῦτο, ἐξ ἐναντίων τῶν φθόγγων μίαν τὴν μελῳδίαν ἐργάζεσθαι. εἰ μὲν οὖν ἄδικος ὁ τοῦ διεφθαρμένου πατὴρ ἵνα μᾶλλον ἀλγήσας ἔσται μετριώτερος, οὐ διεκωλύθη τὸ σύμπτωμα. εἰ δ' αὖ δίκαιος, εἰς λαμπροτέραν δοκιμασίαν ἀπέβη. οὐδὲν γὰρ σεμνὸν, οὐδὲ νεανικὸν ἔμελλεν ὁ παῖς ἐκεῖνος ἐπιδείκνυσθαι. ἢ γὰρ αὖ ἐκ παραδόξου καὶ κρεῖττον εὐχῆς διεσώθη, οἷα δὴ πολλὰ γέγονε πολλάκις. λέγεται γοῦν Πελίας τε καὶ Τήλεφος καὶ Κῦρος ἄρτι τεχθέντες ἐρρίφεναι τῶν θηρίων ἐν μέσῳ, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τούτων τρέφεσθαι, ἃ τρέφειν ἐξετέθησαν. ἔμελλον γὰρ μεγάλα ἔργα καὶ θαυμαστὰ ἐργάζεσθαι. ὥσπερ καὶ Ἡρακλῆς ᾄδεται, διαρραγείσης αὐτῷ τῆς νεὼς ἐφ' ἧς ἔπλει, ὑπὸ κήτους καταποθῆναι καὶ διασώζεσθαι. ὑπέρρει δὲ πλῆθος ἡρώων μέγιστον κίνδυνον ἐμπεπτωκότων, καὶ κατὰ θεῖον, οὐ κατ' ἐλπίδα διαφυγόντων. οἱ δὲ πολλοὶ τῷ συμβεβηκότι περιτυχόντες ἁλίσκονται. πάντως δ' ἐπ' ὠφελείᾳ αὐτῶν τε καὶ τῶν θεωμένων. τοῖς μὲν γὰρ ἔστη τῆς διανοίας ἡ νόσος. τοῖς δὲ φοβερὸν ἡ νόσος ἐφάνη. πάθοι δ' αὖ καὶ ὁ κεκτημένος τὴν ἀρετήν. ὡς μήτε αὐτὸν ἐπαρθέντα τὴν ἀρετὴν ὑβρίζειν, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ πολλάκις διασωθέντας τῆς φύσεως ἐπιλαθομένους. θεὸν οὐκ ἄνθρωπον ἀναγορεύειν τὸν ἄνθρωπον. ὃ δὴ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ Θρακῶν

καὶ αἰγυπτίων καὶ ἰταλῶν πεπόνθασι, τοὺς ἑαυτῶν εὐεργέτας ἢ ὅλως ἄρχοντας, οὐχ ἥρωας ἀλλὰ θεοὺς νομιζόντων καὶ προσκυνούντων. καὶ οἷα θεοῖς τελούμενοι καὶ θυόντων. τὸν γοῦν μενέλεων, καὶ νὴ δία τὴν ἑλένην μετὰ τὸν ἀλέξανδρον, μετὰ τὸν δηΐφοβον ἐν θεραπαίναις τῆς λακωνικῆς τοῖς θεοῖς συναριθμούντων μετ' ἐκεῖνον ᾄδουσι, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι θεραπευόντων. τὸν δὲ τῆς σεμέλης διόνυσον, καὶ τὸν τῆς ἀλκμήνης ἡρακλέα μέχρι τῶν ἡρακλέους στηλῶν, θεοὺς εἶναι πάντων ἐπιφημίζουσιν. οὓς ἐξελέγχει θνητοὺς γενομένους ὁ πορφύριος. τοὺς γὰρ δαίμονας διαγράφων ἐν λόγῳ, λέγει· που τοὺς φαυλοτάτους δαίμονας τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι λόχους καὶ ἐνέδρας καθίζειν καὶ ἐξαίφνης ἐπιτίθεσθαι, καθάπερ ἡ ἥρα ἐν διονύσῳ καὶ ἡρακλεῖ, οἰκοῦσι τὴν θρᾴκην. γέται δὲ ποταμῷ ἴστρῳ παροικοῦντες, οἱ τὸν τοῦ πυθαγόρου θεράποντα, ζάλμοξιν ὄντα, φυγάδα γενόμενον, καὶ τὴν τοῦ δεσπότου φιλοσοφίαν ὑποκρινόμενον, μόνον θεὸν ἄγουσι. καὶ τοὺς καλοὺς καὶ βελτίστους ἀποσφάττοντες αὐτῷ, ἀθανατίζουσιν ὡς οἴονται. καὶ ὁ πρωτεὺς θεὸς εἶναι τοῖς αἰγυπτίοις νομίζεται. καὶ ἡ ἑλένη τῶν ἱερῶν αὐτῷ κοινωνεῖ. ἣν ξένην ἀφροδίτην ὀνομάζουσιν οἱ τελούμενοι. καὶ ἰταλοὶ θεοῖς συναριθμοῦσι τοὺς βασιλέας ἅπαντας καταλέγοντες. ὁ δὲ ἀλέξανδρος, τρισκαιδέκατος θεὸς παρ' ἀθηναίοις ἀνηγορεύετο. ἀλλὰ πολλάκις τραυματίας γενόμενος καὶ νοσήσας, καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανεν, ἐγνώσθη τὴν φύσιν θνητὸς ὑπάρχων, ὁ τέως εἰς τοὺς θεοὺς ἀναγεγραμμένος. οὕτω καλὰ τοῖς ἀνθρώποις μαθήματα, τὰ τῶν καλῶν παθήματα γίγνεται. Θεόφ. Εὖ λέγειν μοι δοκεῖς. καὶ οὐ καλὸν ὡς ἔοικε μετατίθεσθαι. οὐ γὰρ ἔτι μετὰ τῶν ἐνταῦθα γιγνομένων οὐδὲν ἐκβιάζεται προβεβιωκέναι τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖν. ἀξιθ. Καλῶς γε ποιῶν ὦ ἑταῖρε· οὐ γὰρ ἐθελήσει λόγῳ χρωμένη ψυχὴ μετὰ τὴν πεῖραν τοσοῦτον κίνδυνον αὖθις ἀνατλῆναι. οὐδὲ ἔξεστιν ἡμῖν δεύτερον ἀγωνίζεσθαι. ἱκανὸς γὰρ ὁ παρὼν βίος πρὸς ἐπίδειξιν. εὐθύς τε γὰρ ἐκ παιδὸς ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις τῷ ἀγωνοθέτῃ ἐνδείκνυται. εὐεξία τε καὶ καχεξία πρὸ τῶν παλαισμάτων γνωρίζεται, τὰ δὲ ὕστερον ἐπιτηδεύματα καὶ προαιρέσεις καὶ πράξεις, οὐδὲ τοὺς θεατὰς λανθάνει, μήτι γε τὸν κριτήν. διόπερ οὐκ ἀναμένει δεύτερον βίον· οὐδὲ ἑτέραν δοκιμασίαν ὥσπερ οἱ τὰ παρόντα μὴ διαγινώσκοντες, μηδὲ τὰ μέλλοντα προγινώσκοντες. ἀλλὰ τὴν μὲν διακοσμήσασαν τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ εὐεξίαν καὶ τέχνην ἐπιδειξαμένην.

Aegyptiorum, Italorum laborarunt: qui uel homines, à quibus beneficiorum aliquid acceperant, uel etiam magistratus atque principes suos, non heroës, sed eos esse existimarunt: hísque ut dijs immortalib. & initiati sunt, & uictimas obtulerunt. Ergo Menelaum, & per Iouem ipsam quoque Helenam, post Alexandrum & Deiphobum inter ancillas Laconicæ dijs annumerant, cúmque ijs unà colunt, ac sacrificijs, & suspensis ad eorum aras, donis prosequuntur. Bacchum autem Semeles filium, & Alcmena illa natum Herculē, profecto deos esse, quotquot hinc usque ad columnas Herculis habitant, omnes asseuerant. Quos tamen mortales fuisse natos Porphyrius conuincit, cùm scribit alicubi, sceleratissimos dæmones optimis uiris insidias tēdere, eosq; repente atq; improuisos adoriri: ueluti Bacchum atq; Herculem Iuno. Habitant in Thracia ad Istri fluminis ripas Gethæ, qui Pythagoræ seruū, Zamolxim, fugitiuū, & heri sui philosophiam profiteri ausum, solum esse deum autumant: eiq; pulcherrimos atq; optimos quosq; ex suis mactatos immortalitati solent, ut eorū fert opinio, consecrare. Protheus etiā Aegyptijs uidetur deus esse: atq; eius sacrorum Helena, quam, qui sacris illis sunt initiati, Venerem Hospitam uocant, partem etiam ipsa capit. Et Itali priscos reges suos, quotquot ex animalibus colligunt, in numerum deorum omnes retulere. Alexander autem decimus tertius deus apud Athenienses numeratur. At ille sæpe saucius, sæpe æger, demum uita defunctus, qui nihil humana natura haberet maius, explorate cognitus est & deprehensus homo: & tamen in numerum deorum relatus. Ergo uirorum illustrium ærumnæ præclara sunt hominibus & illustria documenta. Theophrastus. Recte mihi quidem tu uideris hęc docere. Nec mihi probatur amplius illa trāsmigratio. Neque enim eorum quæ facta iam sunt, quicquam cogit, ut animam antea uixisse confiteamur. Axith. Recte sanè facis amice. Neque enim uolet ratione prædita anima, ad tanta, quæ iam antea est experta, pericula denuo sustinenda redire. Nec concessum est etiam nobis in certamen illud iterum prodire. Sufficit enim præsens hæc uita, ad cuiusque uirtutis demonstrationem. Et certaminis huius magistro, uel etiam in puero, statim animi uis ostenditur: ac siue bonus siue malus sit animi habitus, priusquam ad certamen ueniatur, innotescit: quæq; post sequuntur studia, consilia, facta, non modo non iudicem, sed ne spectatores quidē ipsos latere possunt. Quamobrem nec uitā, nec probationē alterā expectant: ut qui nec dignoscūt pręsentia, nec præsciūt futura. Iudex autem eam animam, quæ uirtute sua luctā hāc ornauit: quæ bonæ indolis atq; artis specimē de se præbuit:

Quæ omnes eius leges ſeruauit: ut uictricem iam coronis, nectare, honoribus, cœlitum conſortio dignatus eſt, unde fas non eſt eam unquam excidere. Inertem autem & ignauã, & ſtolidam, & futilem: itémque & theatrum turbare, & leges confundere ſolitam, ſtatim ut uinculis corporis ſoluta fuit execratus in pœnarum carcerem demiſit: unde fas non eſt unquam effugere. Theophraſtus. Vnde ergo tot certatores accerſit, cùm tam longis temporibus, adeo multi iam antea è palæſtra exceſſerint? non enim dicis, opinor, eoſdem omnes fuiſſe. Axith. Nequaquam. Theophraſtus. Vnde ergo, dic ſodes. Axith. Deus omnia, quæ quidem procreantur, ipſe nihilominus hoc ipſum quod eſt permanens, facit: neque alia cùm facit, in ſubſtantiam aliam ipſe mutatur: neque multa cùm promit, ipſe conſumitur. Sed eò magis totus integer manet, quod ſubinde maiorem rerum copiam facit. Nam ei, non ex ſingulis ijs quæ naſcũtur, uerum ex hoc ipſo, quod rerum conditor aliàs eſt, opificis nomen datur. Quemadmodum etiam in hominum rebus atque negocijs, architectus non in ea, quæ facit, ædificia diuiditur: nec propterea quod multa facit, ideo uel de eius anima, uel de tota eius ſcientia, quicquam decedit: licet iam delubra, iam ædes, modo naues fabricet. Igitur manet primus rerum conditor, manent etiam quæ ſunt ab eo procreata, eáque ipſa ab eius nutu & prouidentia pendent. Omitto ergo, quod quærebas, unde ſit hæc in theatrum prodeuntium tanta copia: quando de nobis ipſis hoc potius, quàm de ſummo rerum cõditore quæri poſſet: quódque rerum omnium opifex præſtare & efficere poſsit omnia, uel mulieribus aſſeuerantibus crede. Quid enim unde ueniant, qui in theatrum intrant, certatores, quæras: cum is ipſe qui certamen hoc inſtituit, eos omnes accerſat, hócque eius edictum opus naturæ ſtatim fiat? Eodem conſilio ſuperas illas mente & intelligentia præditas facultates produxit, neque earum ulla, unde nam eſſet, auſa eſt ſciſcitari. Eodem modo cœlum pariter ac terram fecit: quorum illud aſtris, hanc plantis ornauit. Vides etiam plantas, partim enatis iam fructibus grauatas, partim nondum natas parturire: tum ubi tempus fuerit, huic iterum edicto obſequi, & flores protrudere, & uirere, & tandem perfectos fructus edere: ui illa facultatéque naturali, qua præditæ primum genuerant, intus manente, ſæpéque & iterum fructuum copiam ſuppeditante, ita ut radix, non modo non corrumpatur, uerum etiam firmior ac ualidior fiat. Quid igitur mirum, ſi ſupremus ille rerum opifex, omnia, quæ & futura ſunt, & iam olim facta, comprehendat: & eorum unumquodque, qualecunque uult, quóque tempore conuenit, quáque forma pulcherrimum eſt, arte & ſapientia ſua profert?

καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ νόμοις ἐμμείνουσαν. ὡς νικῶσαν ἐστεφάνωσε νέκταρός τε καὶ τιμῆς, καὶ τῆς ἄνω χορείας ἠξίωσεν, ὅθεν ἐκπίπτειν οὐ θέμις. τὴν δὲ ῥᾴθυμον, καὶ ἄνανδρον, καὶ ἀνόητον, καὶ λάλον. καὶ διαταράττουσαν μὲν τὸ θέατρον, τοὺς δὲ νόμους συγχέουσαν, μισήσας εὐθὺ τῆς φρουρᾶς εἰς τὸ τῆς τίσεως δεσμωτήριον ἀπέπεμψεν ὅθεν ἀποδιδράσκειν οὐ θέμις. Θεοφ. Πόθεν οὖν εἰσκαλεῖται τοὺς πολλοὺς τούτους ἀγωνιστὰς τοσούτων ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ προεξεληλυθότων, οὐ γὰρ τοὺς αὐτοὺς λέγεις. Ἀξίθ. οὐ μὲν οὖν; Θεοφρ. οὐκοῦν πόθεν εἰπέ μοι. Ἀξίθ. Θεὸς μένων ὅπερ ἐστι, ποιεῖται τὰ γιγνόμενα, οὐ γὰρ ἄλλα ποιῶν ἐλλαττοῦται, οὐδὲ πολλὰ προβαλλόμενος ἀναλίσκεται. ἀλλ᾽ ἔτι μᾶλλον ὅλος μένει, ὅσῳ μᾶλλον πλῆθος ἐργάζεται. οὐ γὰρ ἐκ τῶν καθέκαστον γινομένων, ἀλλὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ δημιουργὸς ὁ δημιουργός. ἐπεὶ καὶ παρὰ ἀνθρώποις οὐχ ὁ τεκτονικὸς εἰς ἃ δημιουργεῖ διαμεμέρισται, οὐδέ τι τῆς ψυχῆς, οὐδὲ τῆς ὅλης ἐπιστήμης ἀφῄρηται. οὐδὲ εἰ νῦν μὲν ἱερά, νῦν δὲ οἰκίας, νῦν δὲ νεώρια τεκταίνεται. ἀλλὰ πρῶτος μὲν ὁ δημιουργός, μένει δὲ τὰ παρ᾽ αὐτοῦ γιγνόμενα τῆς αὐτοῦ προνοίας δεόμενα. ἀναθέμενος οὖν τὸ πόθεν, περὶ ἐμὲ γὰρ καὶ σὲ τοῦτο ταῖς δὲ γυναιξὶ πειθόμενος, ὅτι τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων οὐδὲν τῶν ὅλων ἀδύνατον. μὴ ζήτει τοὺς ἀεὶ καταβαίνοντας ἀγωνιστὰς ὅθεν ἐπεισέρχονται. αὐτὸς γὰρ ὁ τὸν ἀγῶνα τιθεὶς εἰσκαλεῖται. καὶ τὸ κήρυγμα φύσις γίγνεται. οὕτω βουληθεὶς τὰς νοερὰς δυνάμεις ὑπέστησε, καὶ οὐδεμία πόθεν ἐρωτᾶν ἐπήρθη. οὕτω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐποίει. καὶ τὸν μὲν, τοῖς ἄστροις. τὴν δέ, τοῖς φυτοῖς διεκόσμει. ὁρᾷς δέ που καὶ τὰ φυτὰ νῦν ἤδη βρίθοντα τοῖς καρποῖς. τοὺς δὲ μήπω γενομένους ὠδίνοντα. ὅταν δὲ πάλιν καιρὸς καλῇ, πείθεται τῷ κηρύγματι, καὶ ἐξάγει καὶ ὑπεκφαίνει, καὶ ὅλως τελέους ἀποδίδωσι τοὺς καρπούς, τῆς δυνάμεως δι᾽ ἧς τὸ πρῶτον ἀπεγέννησεν ἔνδον μενούσης. καὶ πάλιν καὶ πολλάκις τῶν καρπῶν ἀφθονία. τῆς δὲ ῥίζης οὐδὲν ἀλίσκεται. ὅτι μὴ καὶ βεβαιοτέρα γίγνεται τί. οὖν ἔτι θαυμάζομεν εἰ ὁ δημιουργὸς ἅπαντα περιείληφε τὰ γενόμενα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. ἕκαστον δὲ οἷον ἐθέλει καὶ ὅτε προσήκει, καὶ ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι, σοφίᾳ καὶ τέχνῃ προφέρει.

Θεόφρ. Ἀλλὰ τί δήποτε τὰς μὲν ἄλλας λογικὰς δυνάμεις καὶ προυπέστησεν ὁ θεὸς καὶ διώρισε. τὰς δὲ τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς λογικὰς οὔσας, ἔτι καὶ νῦν προβάλλεται; Ἀξίθ. ὁ ἀγαθὸς νομοθέτης οὐκ ἀναμένει πάντ᾽ ἀνθρώπων τὰ πάθη, δικαστοῦ γὰρ ἤδη τοῦτό γε, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι προλέγει. ἐπεὶ καὶ τὰς πόας, καὶ τὰ πολλὰ φάρμακα, καὶ ἰάσεις πρὸ τῶν νοσημάτων τῇ γῇ προδιατρέφειν κελεύει, καὶ νῦν προεῖδεν ὁ θεὸς ὅτι τὰς λογικὰς δυνάμεις θαυμάσαντες ἄνθρωποι ἀνάρχους τε καὶ ἀγεννήτους νομίσαντες, καὶ πολλὰς ἀρχὰς καὶ μυρίους θεοὺς ποιοῦντες δημοκρατίαν ἄτακτον ἀντὶ τῆς τεταγμένης μοναρχίας εἰσοίσουσιν. οἱ καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον ἐπαινέσαντες καὶ ἐν αὐτῷ ἑαυτὸν θεὸν ἄναρχον καὶ ἀγέννητον εἶναι. καὶ οἱ πάνυ φιλοσοφίᾳ σφριγῶντες, εἰς φαντασίαν ἄλογον ἐξώκειλαν. διὰ τοῦτο τὰς ἡμετέρας ψυχὰς λογικὰς οὔσας, ἔτι καὶ νῦν προβάλλεται παράδειγμα τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, καὶ διδασκαλίαν τῶν προυφεστηκότων ὡς ἐξ ἑνὸς δημιουργοῦ πάντα, καὶ ἐκ μιᾶς ἀρχῆς πᾶσα λογικὴ καὶ νοερὰ δύναμις καὶ οὐσία προῆλθε, καὶ ὅτι πρόεισι, μὴ ἀπιστήσητε εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς νεωστὶ φυομένους ἀποβλέποντες. οἳ ταῖς προυπηργμέναις οὐσίαις ὁμοίως ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν βαδίζετε. καὶ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ἀναβαίνετε, οἷον ἀμέλει κἂν τοῖς οὐρανίοις σώμασι πεποίηκε τὴν σελήνην μόνην ἀστέρων παρῆκε φθίνειν καὶ ἀφιέναι τὸ φῶς, καὶ πάλιν ἄρχεσθαι, καὶ νεωτέραν γίγνεσθαι. ὡς ἂν μηδὲν τῶν ἄνω σωμάτων ἀγέννητον ὑπονοήσαντες, ὑπ᾽ ἀλογίας τι πάθοιμεν. ὥσπερ οὖν ἐκ τοῦ ἐσχάτου τῶν ἀστέρων ἄρτι φανέντος καὶ ἀφανιζομένου, καὶ τὸ ἀνωτέρω γενέσθαι παιδευόμεθα. οὕτως ἐκ τῆς τελευταίας λογικῆς οὐσίας τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς νεωστὶ προβαλλομένης, καὶ τὰς πρὸ αὐτῆς λογικὰς δυνάμεις ἐκ τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι καλῶς ὁ λόγος κατείληφεν. οὐδὲν γὰρ ἀργὸν οὐδὲ περιττὸν. οὐδὲ μάτην ἐργάζεται. εἰ δὲ ἑνὸς ὄντος τοῦ ἀνθρώπου τὴν μίαν ψυχὴν προυπάρχειν πολλῷ δ᾽ ὕστερον τὸ σῶμα συμπεπλάσθαι φήσομεν, ἀργή τις ἦν πρὶν καταβῆναι καὶ περιττὴ χρόνον τοσοῦτον ἡ ψυχή, καὶ οὐκ ἐδείξεν ἐνεργείᾳ τὴν δύναμιν. οὐδὲ ἔγνω ὅπερ εἶχε. ταῦτα γὰρ κατιοῦσα κερδαίνει. ἀργοτέρα δὲ μᾶλλον ἢ ἀρίστη ἣν ὑμεῖς ἀδιάφθορον καὶ νεοτελῆ καλεῖτε.

7 Theophrastus. Qua uero de causa, Deus, illas alteras mente & ratione præditas facultates, & initio procreauit, & certo numero definiuit: humanas autem animas, quæ & ipsę mentis sunt & rationis compotes, subinde adhuc producit? Axith. Optimus ille legislator, non omnes hominum morbos, dum erumpant, expectat: hoc enim esset eius, qui solummodo iudicis fungitur officio: tantum autem principiũ ortus eorum prædicit. Nam & herbas, & multa pharmaca, & remedia, antequam ulli essent morbi, terræ ut proferret, mandauit. Equidem præuidit deus, quod deinceps accidit, ut homines illas ipsas ratione præditas facultates admirati, & nullũ sui principium habere, & nunquam natas esse existimarent: itemq; multa principia & innumeros deos statuerent, eoq; ipso democratiã quandam inordinatam introducerent, illa uidelicet optimè instituta monarchia repudiata. Qui etiam hunc ipsum, qui nostris est expositus & percipitur sensibus, mundũ, diuinis laudib. celebrarunt, & deum, qui sit ab æterno, nec unquam ex quoquam natus, esse statuerunt: unde & qui in philosophia plurimũ pollebant, in opiniones sanè quam absurdas impegerunt. Qua de causa nostras animas, etsi rationis compotes essent, nihilominus quotidie adhuc creat, uidelicet indiciũ ipsius potentiæ: & documentum iam olim procreatarum facultatum originis: quã hæ seu ratione, seu mente & intelligentia præditæ facultates & substantiæ, ex eodem omnes opifice, atque ex eodem omnes principio trahãt. Ac quod hinc illæ quoq; prouenerint, facile credetis, si in uos ipsos recens creatos animos conuerteritis: quippe qui perinde ut illæ iam olim factæ substãtiæ, supra mortalium rerum curam in ipsum cœlum contenditis, atque etiam ad principium primum usque ascenditis. Quod certè in cœlestibus corporibus itidẽ fecit. Solam enim ex omni syderum numero lunã, uoluit lucẽ suã modo minuere & remittere, modo restaurare, quasiq; ad iuuentam denuo reuerti. Nempe ut cogitarẽt homines superiorũ illorum corporũ nullũ prorsus esse quod nõ sit natũ, quódue suapte spõte existat: hocq; absurdo errore abstineremus: ac potius ex infimo illo sydere, quod etiãnũ modo magis, modo minus lucere cernimus, superiora quoq; illa facta esse colligeremus. Eodẽ modo, ex anima humana, illa uidelicet ultima, ac nuper procreata, quæ rationis est particeps etiã ipsa substãtia, eas etiã, quæ sunt ante ipsam creatę, ratione præditas facultates, ex eodẽ opifice exortas esse, ut colligamus, ipsa ratio suadet. Nihil enim ille ociosum, nihil superfluũ, nihil frustra fecit. Sin demus, cũm unus homo fuisset unã etiã animã iã antè extitisse, corpus autẽ longo post tẽpore effictũ: ociosa profectò fuit anima, priusquã in corpꝰ descẽderet, & tãdiu superflua, seu frustra cõdita, nec potuit uires suas exerere, neq; qd quãtúmue posset, ipsa scire: quæ omnia, postquã descẽderit, demũ acquirit. Ea uerò, quã uos incorruptã ac recẽs effectã appellatis, ociosa potius erit quã bona:

quando corporis usum prius non est experta, sed iam primum nata uiuit: cuiusmodi Bacchi atque Herculis Thebis fuisse ferunt. Sed si quæ apud superos antea uersata, aliquid isthic egit: post ubi descenderit, uacuam, desertam, & in ocio sedem suam reliquerit, necesse est. Reliquæ enim facultates, ut primum prodiere, & quo loco oportuit, collocatæ sunt, & suum quæque munus obire, & ministrare, & subseruire, & curare iussæ. Humanã autem animam illi, postquam cõstituere longum tempus in ocio, sero tandem uinctam in sepulchrum, nempe corpus mittunt. Equidem ei iniunctum hoc est, ut terram ornet ac iuuet: minimeq́ue hominis esset, si cessaret quæ ad dei cultum pertinent prædicare, & ut nullus deo uacuus sit locus, efficere. An ergo nõ præstat, eam, ut primum prodierit, commissum sibi munus obire, quàm perinde ac si nõdum esset nata atque perfecta, adeò diu cunctari, eóque ipso quod initiò nihil agat, suam ipsius uim facultatemq́ue prorsus omnem ignorare? Actio enim quid aliud est, quàm quædã cognitio demonstratioq́ue uirtutis? Theophr. Sed si tempore certo & definito prodit, quî potest esse immortalis? Axith. Non alius est qui superiores illas facultates creat, & alius rursus, qui hominis animam condit: sed unus idemq́ue & illas, & hãc ipsam producit. Quod si idem sit, non erit nouum aut rarum quiddam, quod una facultas, una scientia, & olim & etiamnum hanc efficiat. Eiusmodi enim est supremus ille rerum opifex, ut neque eius potentia consenescat, neque eius scientia limitibus ullis circumscribi concludíque possit. Quamobrem aut ne illas quidem immortales esse fateamur, aut etiam hanc immortalem esse concedamus necesse est. Hæc enim perinde ut illæ, ad principium primum usque ascendit. Et certe Deus, nullam earũ, quæ sunt rationis compotes, substantiarum mortalem fecit. Quî igitur factum esset, ut suam hanc legem transgrederetur, cum nostram animam crearet: quam & si non communi secum substantia donauit, similem tamen, quasiq́ue quandam sui ipsius imaginem fecit? Ac si quidem ei philosophari libeat, Dei similis euadit. At id quod immortali simile est, ipsum quoque sit immortale necesse est: quando id quod est mortale, ei quod immortale est, non simile sed contrarium est. Tu uerò, qui Platonẽ ipsum totum ebibisti, dicis, omne quod natum sit, prorsus esse mortale, & interire, & solui. At ego Timæi memoriam tibi renouabo, & orationis illius egregiæ, quam conditor ipse habet, cuius exordij memini: O uos (inquit) dij deorum, quorũ ego & pater sum, & procreator: immortales quidem omnino uos haudquaquam estis, quia procreati estis: neq́ue tamen soluemini, hoc uidelicet cõsecuti ex mea, quæ mortẽ superat, uolũtate. Quibus uerbis hęc ambo introducit, & factũ esse, & nunquã interire: & natũ esse, & morte superiorẽ euasisse.

ἢ μὴ πρότερον ἐπειράθη σώματος, ἀλλὰ πρώτην γένεσιν τήνδε βιοτεύει. οἷαπερ ἡ τοῦ Διονύσου καὶ Ἡρακλέους ἐν Θήβαις λέγεται γενέσθαι. εἰ δ' ἄνω τις διωρισμένη αὐτῇ προεξειργάζετο. ὕστερον ἐπειδὴ κατέβη κενὴν καὶ ἔρημον καὶ ἐν ἀργείᾳ τὴν ἑαυτῆς χώραν καταλέλοιπεν. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι δυνάμεις, ἅμα τε προῆλθον καὶ ἐτάχθησαν, οὗ δεῖ ἑκάστην. καὶ ὅτι χρὴ λειτουργεῖν καὶ διακονεῖν καὶ ὑπηρετεῖν, καὶ φυλάττειν. τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ψυχὴν μακρόν τινα χρόνον ἐν ἀργείᾳ καθίσαντες ὀψέποτε δεσμώτιν εἰς σῆμα τὸ σῶμα παραπέμπουσι. καί τοι τὴν γῆν διακοσμεῖν αὐτῇ προστέτακται. ἐπεὶ οὐδὲ ἀνθρώπου εἴη ἐὰν παύσῃ τὰ τοῦ θεοῦ κηρύττειν ὄργια. ὡς μηδένα τόπον ἄθεον περιορᾶσθαι. οὐκοῦν ἄμεινον ἅμα τῷ προελθεῖν τὸ προστιττόμενον ἐκτελεῖν, ἢ ἀγόνον καὶ ἀτελῆ τοσοῦτον διαμένειν, καὶ τῷ μὴ τὴν ἀρχὴν ἐνεργεῖν, τὴν ἑαυτῆς δύναμιν παντελῶς ἀγνοεῖν. ἐπίδειξις γὰρ καὶ γνῶσις δυνάμεως ἡ ἐνέργεια. ἀλλ' εἰ χρόνῳ προσέρχεται πῶς ἀθάνατος. οὐκ ἄλλος τὰς ἄνω δυνάμεις, ἄλλος δὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν δημιουργεῖ, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἐκεῖνός τε καὶ ταύτην προβάλλεται. εἰ δὲ ὁ αὐτὸς καινὸν οὐδὲν, εἰ μία δύναμις καὶ ἐπιστήμη μία τό τε καὶ νῦν ταύτην ἐργάζεται. οὐ γὰρ χρόνῳ ἡ τοῦ δημιουργοῦ δύναμις ἐναπομαραίνεται, οὐδὲ ἐπιστήμη μέχρι του διορίζεται. ἢ τοίνυν μηδ' ἐκείνας ἀθανάτους εἶναι συγχωρήσωμεν. ἢ καὶ ταύτην ἀνάγκη τοιαύτην εἶναι πείθεσθαι. ἀναβαίνει γὰρ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ὥσπερ ἐκεῖναι. οὐδεμίαν γε λογικὴν οὐσίαν θνητὴν πεποίηκε. πῶς οὖν τὴν ἡμετέραν ψυχὴν δημιουργῶν τὸν ἑαυτοῦ παρέβαινε νόμον, ἣν ὁμοούσιον μὲν οὐ πεποίηκεν, ὁμοίαν δὲ καὶ οἷον εἰκόνα. καὶ εἰ φιλοσοφοίη, τῷ θεῷ προσεικάζεσθαι. Τὸ δὲ τῷ ἀθανάτῳ προσόμοιον καὶ ἀθάνατον. τὸ γὰρ θνητὸν ἀθανάτῳ οὐχ ὅμοιον, ἀλλ' ἐναντίον. σὺ δὲ ὁ τὸν Πλάτωνα καταπιὼν λέγεις, πᾶν γινόμενον πάντως εἶναι θνητὸν, καὶ φθείρεσθαι, καὶ διαλύεσθαι. ἀναμνήσω δέ σε Τιμαίου, καὶ τῆς τοῦ δημιουργοῦ δημηγορίας. ἧς τὸ προοίμιον ὡς ἐγὼ μέμνημαι. θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ πατήρ τε καὶ δημιουργὸς, ἀθάνατοι μὲν πάμπαν οὐκ ἐστὲ, ἐπείπερ ἐγένεσθε, οὔτι γε μὴν λυθήσεσθε, τῆς ἐμῆς βουλήσεως κρείττονος θανάτου λαχόντες. ἀμφότερα γοῦν ἅμα συνάγει, καὶ πεποιῆσθαι, καὶ μὴ διαλύεσθαι. καὶ γενέσθαι, καὶ τοῦ θανάτου κρείττους γίνεσθαι.

ἐκείνῳ περὶ πλήθους ἡ τοι ἀνθρώπου ψυχή. οὐσία λογικὴ, ἀεικίνητος καὶ αὐτεξούσιος, ζωὴν ἐξ αὑτῆς ἔχουσα· καὶ σώματι χορηγεῖν δυναμένη. ἃ θνητῶν οὐδὲν ἔλαχεν, ἀλλὰ πάντα ταῦτα τῆς ἀθανασίας ἀτεχνῶς γνωρίσματα. καὶ θαυμάσαις ἂν τὴν ἔνδον τῆς ψυχῆς δύναμιν ἐκ τῆς ποικιλίας τῶν ἔξω καταμαθών. πᾶσα γὰρ τέχνη καὶ ἐπιστήμη, καὶ πρᾶξις καὶ θεωρία, ἱκανὸν τὸ τῆς ψυχῆς ἑρμηνεύειν ἀθάνατον. ὁ γὰρ τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τὸ ἀεὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς εἶναι, δῶρον παρέχει. καὶ τὸ δῶρον φύσις ἦν. πλάτωνι δὲ δοκεῖ καὶ τὸν ὅλον κόσμον τονδὶ καὶ γενέσθαι, καὶ θνητὸν εἶναι. ἀθάνατον δὲ σώζεσθαι. οὐ γὰρ τὸ ἐνδεχόμενον καίεσθαι πάντως καὶ ἔτε. εἶτα πλάτωνα μὲν ἐπαινοῦσι, κἂν λέγοι τὰ σώματα γενέσθαι καὶ μὴ διόλλυσθαι. ταῖς δὲ ψυχαῖς οὐκ ἐθέλεις συγχωρεῖν, ἃ τοῖς σώμασι ῥᾳδίως χαρίζονται. Θεόφρ. οὐκ ἔστιν μὴ οὐχὶ τούτοις συνέπεσθαι. ἓν δὲ ἡμᾶς περιέδραμεν ὅτι τὰς μὲν ἄλλας νοερὰς καὶ λογικὰς οὐσίας μέτρῳ διωρίσθαι λέγομεν τὰς δὲ ἀνθρωπίνας εἰς ἀμετρίαν ἐξάγεσθαι. εἰ μὴ τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἐπὶ πολλὰ σώματα μεταβαίνειν συνεχώρησεν ὁ λόγος. Αἰξίθ. τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν τὸ πλῆθος πρὸς ἡμᾶς μὲν ἄπειρον. τῷ δὲ δημιουργῷ πεπερασμένον, ὥσπερ καὶ ἄλλαι τῶν λογικῶν οὐσίαι. ἃς σὺ μὲν οὐκ ἀριθμήσεις, θεὸς δὲ ὅσα τε περιείληφεν ἡμῖν μὲν ἀόριστα. τῷ δὲ περιλαβόντι διωρισμένα. καὶ αὐτὸς αὐτοῖς μέτρον γίνεται, ὧν περιέλαβεν. ἐν δὲ ταῖς ἀΰλοις καὶ λογικαῖς οὐσίαις, οὐ στενοχωρία τὸ πλῆθος. ἓν γὰρ τὰ πάντα. καὶ ἕκαστον ὅλον ἐπλήρωσε, καὶ πάντα τὸ ὅλον ὑποδέχεται. καὶ οὐκ ἐμπόδιον ἄλλο ἄλλῳ, καθάπερ τὰ ἔνυλα σώματα. ἐπεὶ κἂν τοῖς φυτοῖς τῶν νῦν λεγομένων εἴδωλα φαίνεται. ἐξ ἑνὸς γὰρ δένδρου βλαστήματα μὲν μυρία τέμνεται, ἕκαστον δὲ τῶν ἀποτεμνομένων, τὸ ὅλον τῆς ζωῆς ἔχει. ὡς τῇ γῇ δοθὲν βλαστάνειν. καὶ τῆς ζωῆς τὸ ὅλον τῷ μεγάλῳ δένδρῳ ὁμοίως ἐμμεμένηκε. κἀξ ἑνὸς ἄπειρα τὰ γιγνόμενα, καὶ ἓν πάντα καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ γενομένων οὐδὲν ἐκεῖνο ἐξ οὗ τὰ γενόμενα. κἂν εἰς ἀπειρίαν ἡμῖν προβαίνειν δοκῇ, καὶ ἀόριστον οὐδέν. πρὸς δὲ τούτοις, πᾶν ἐξ ἀνομοίων σύνθετον χρόνῳ ποτὲ καὶ διαλύεται. τοιοῦτος καὶ ὁ αἰσθητὸς κόσμος. καὶ οὗ τὰ μέρη φθείρεται. ἐξ ὧν τὸ ὅλον,

Ergo hominis anima principio sic facta prodijt, uti sit substantia rationem habens, quæ semper moueatur, sitq; sui iuris ac libera: quæ uitam ex se habeat suam, eámque possit etiam corpori impertire. Quibus bonis eorum, quę mortalia sunt, nullum est præditum: sed sunt hæc, extra controuersiam, uera ac certa immortalitatis argumenta. Et certè miraberis uim illam intus in anima latentem, si rerum quas foris agit, uarietatem noris. Omnis enim ars, omnis scientia, itémque actio & contemplatio satis superq; docere possunt, animam hominis esse immortalem. Qui enim ei suum illud esse dedit, ille ipse etiam perpetuum ut esset hoc eius donum, dedit. idq; donum est ipsa iam natura. Platoni uerò uidetur, etiam mūdus hic totus & factus olim fuisse, & mortalis esse, & perpetuo conseruandus: quando quod uri queat, non ideò prorsus comburi possit. Iam Platonem commendant, licet asserat, corpora facta quidem esse, non autem dissolui, cōtra animabus nolunt tribui, quod corporibus facile concedunt. Theophrastus. Non possumus non has rationes sequi. Sed unum nos adhuc fugit, quod cùm cæteras ratione atque intelligentia præditas substantias certo quodam modo numeróque circumscriptas asseramus: humanas autem animas dicimus, extra modum numerúmque omnem prouenire, nisi eandem animam in multa corpora cōmigrare concedamus. Axith. Animarum humanarum multitudo omnis, nobis quidem in immensum excrescere: at ea penes ipsum opificem æquè est finita ac certa, atque aliarum rationem habentium substantiarum. Eas ipse quidem minime facile numeraueris: deus autem facillime. Et quæcunque ipse comprehendit, ea nobis quidem infinita sunt omnia: ipsi uero complectenti illa deo prorsus finita. Hicq; est eis modus, quē uult qui comprehēdit. In incorporeis autem & rationem habentib. substantijs, multitudo non facit, ut ipsis substantijs aliqua accidat angustia. Vnum enim sunt omnia, & singula totum explent, & omnia totum suscipiūt: nec impellitur aut premitur alterum ab altero, quemadmodum corpora alia alijs impedimēto esse possunt. Nam & in plantis, eorum quæ iam dicta sunt quasi quædam simulachra cernuntur. Amputantur enim ex una aliqua arbore surculi propè innumeri, qui tamen, iam amputati, uitam in se totam quique habent: ita ut terræ mandati germinent, eóque ipso ostendant, sibi non minus quàm magnæ arbori uitam intus affuisse. Atque ex uno illo germine fiunt innumera, & unum omnia, & eorum quæ ex eo sunt nata nullum est idipsum, ex quo sunt enatæ. Ac quanquam nobis hæc in infinitum deduci uideantur, tamen infinitum eorum est nullum. His adde, quod quæ ex imparib. composita sunt, tempore suo dissoluātur necesse est. Atq; eiusmodi mundus hic est, qui cernitur. Si quid sit, cuius partes, ex quibus ipsum constabat, intereant:

ſanè totum illud cum ſuis, ex quibus compoſitum fuerat, partibus unà pereat neceſſe eſt: uſque dum mortalitatem puram accipiat. Omne uerò tempus deo quidem breue eſt, hominibus contrà longum. Igitur ſi corpora aliquo uſque finita ſunt ac terminis ſuis circumſcripta: non certe committendum eſt, ut animas in immenſum producamus. Sed ibi ſiſtetur animarum motus, ubi corporum animas ipſas ſuſcipientium numerus gradum ſiſtit. Quò fit ut animabus is ſit præſcriptus numerus ac modus, quem earum uſus poſtularit: isq; ipſe modus in eo, qui anima aliqua eget, gradum ſiſtit. Mirum ſit autē, cùm Apollinem fama ferat, omnem arenam in numerato habere: & ſupremum illum opificem animarum, quas ipſe procreauit, numerum neſcire? Atq; earum, quæ ſunt intelligentia prædite, facultatum plenum eſt totum cœlum: plenus etiam æther angelorum atq; dæmonum: item q; plenus aër, plena terra, plenum mare, plena denique quæ ſub terra ſunt omnia: ac quemadmodum ait quidam ſapientum noſtratiū, adeo nihil eſt in rerum natura uacuū, ut ne ſit etiam, quo capillum inijcias. Sed & ſi mortalibus in decies millenos annos hæc externis ſenſibus expoſita uita producatur, nunquam tamen, opinor, tantæ angelorum atq; dæmonum multitudini, humanarum animarum numerus par erit, ac quēadmodum nūc ſe runt, in hac quoq; uita fiet, ut hæc animarū copia omnis ceſſet atq; deficiat. Hac enim durante & permanente uita, boni quidē in campum Elyſium euecti ibidem agent ſempiterna conuiuia, ſemperq; erunt pleni nectare, quæ & ipſa Platonis in ciuitate lex eſt: mali uerò in tartara delapſi, ex quibus nunquam ſunt egreſſuri: ipſi quidem non amplius proficiunt, ſed exemplum iuſtitiæ facti æternum iſthic iacebunt. Quod in Phædone & Gorgia Socrates conſtanter affirmabat. Animarum igitur numero tantopere diminuto, ipſæ uitam hanc quaſi deſtitutam deſertamq; relinquēt. Nec dices deinceps unquā fore, ut in hanc uitam redeat anima, uidelicet hic iterū uictura: cū hæc omnia ſint iam antea confutata, & ſiquidē iuuenili quodam modo gloriari libeat, uinculis adamantinis ligata. Iam ſi mille annis ſemel (ut ait in Phædro Socrates) unaquæque anima conſuetudinem cum corpore habeat, & in decē millium annorum ambitū modus animarū ſufficere ſtatuatur: nos longe minore numero animarum egebimus. Neq; enim in tam longū tempus mortalia corpora produci ipſi ſtatuimus. Quò fit ut mihi potius animarum numerum atq; modū finitū ſtatuenti, quā tibi diuerſum exiſtimāti, ſit aſſentiendū. Theoph. De anima quidē nullū mihi dubiū reliquiſti: ſed putas ne fore aliquādo, ut mūdus hic diſſoluatur? Axith. Sic ſanè. id enim, cùm mūdus ipſe ſit corporeus, & ſua ſponte atq; ex ſe ipſo minime exiſtat, facile eſt demōſtratu.

ἀνάγκη τὸ ὅλον ἐξ ὧν τοῖς μέρεσιν ἐξ ὧν συνετέθη ταῦτα πείσεσθαι, ἕως ἂν τὸ ἀθάνατον καθαρῶς λάβοι. πᾶς δὲ χρόνος θεῷ μὲν βραχὺς. θνητοῖς δὲ μακρότατος. οὐκοῦν, εἰ μέχρι τούτου τὰ σώματα διορίζεται, οὐκ εἰς ἀπειρίαν τὰς ψυχὰς ἐξάγομεν. ἀλλὰ στήσεται τῶν ψυχῶν ἡ φορά. ὅταν στῇ τὸ δεόμενον, καὶ ὑποδεχόμενον, ὥστε μέτρον ταῖς ψυχαῖς ἡ χρεία. καὶ τὸ μέτρον ἐν δέοντι διορίζεται. ἢ Ἀπόλλων μὲν τῆς ψάμμου πάσης εἰδέναι τὸν ἀριθμὸν ἐπαγγέλλεται, αὐτὸς ὁ δημιουργὸς τῶν ψυχῶν ἀγνοήσει τὸν ἀριθμὸν ὧν αὐτὸς προβάλλεται. καὶ μὴν νοερῶν δυνάμεων μεστὸς ὅλος ὁ οὐρανὸς, μεστὸς δὲ ὁ αἰθὴρ ἀγγέλων τε καὶ δαιμόνων. πλήρης μὲν ὁ ἀὴρ, πλήρης δὲ καὶ ἡ γῆ καὶ ἡ θάλαττα, καὶ τὰ ὑπὸ γῆν πάντα. καὶ ὡς ἔφη τις τῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν, κενὸν οὐδὲν οὐδ' ὅσον αἰθέρα καὶ τρίχα βαλεῖν. ὥστε κἂν ἐθελήσειεν εἰς μυρία ἔτη τὸν αἰσθητὸν βίον ἀνθρώποις ἐπεκτείνειν, οὐκ ἂν οἶμαι τῇ τῶν ἀγγέλων καὶ δαιμόνων πολυπληθείᾳ τῶν ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ γένοιντ' ἂν ἰσάριθμοι. ὡς δὲ νῦν λέγεται, παντελὴς ψυχῶν ἐπίλειψις γένοιτ' ἂν τῷδε τῷ βίῳ. εἰ γὰρ οὗτος τοιοῦτος διαμένει. καὶ οἱ μὲν ἀγαθοὶ εἰς τὸ ἠλύσιον ἀναδραμόντες ἀθάνατα συμποσιάσουσιν, ἀεὶ τοῦ νέκταρος ἐμπιπλάμενοι. νόμος γὰρ καὶ οὗτος τῆς Πλάτωνος πολιτείας. οἱ δὲ κακοὶ εἰς τάρταρον ἐμπεσόντες, ὅθεν οὔποτε ἐκβήσονται, αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνήσονται. παράδειγμα δὲ τῆς δίκης γενόμενοι εἰς ἀεὶ κείσονται. ταῦτα γὰρ ἐν Φαίδωνι καὶ Γοργίᾳ Σωκράτης διισχυρίζετο. ἐκ τοῦ μέτρου τοσοῦτον ἀφῃρημένον λάθοιεν ἂν ποτε ἔρημον τῶν ἀνθρώπων τὸν βίον καταλιπόντες. καὶ οὐκέτι φήσεις ὡς τόνδε τὸν βίον αὖθις ἡ ψυχὴ βιώσεται. ταῦτα γὰρ ἐξελήλεγκται. καὶ εἰ νεανικὸν εἰπεῖν, ἀδαμαντίνοις δέδεται. εἰ δ' ἐν χιλίοις ἔτεσιν ἅπαξ φησὶν ὁ τοῦ Φαίδρου Σωκράτης τὴν ψυχὴν ἑκάστην σώματι κοινωνεῖν. καὶ εἰς μυριοστὴν περίοδον τῶν ψυχῶν τὸ μέτρον ἐξαρκεῖν λέγεται, ἡμεῖς ἐλαττόνων ψυχῶν δεησόμεθα. οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον χρόνον τὰ θνητὰ σώματα φαμὲν παρατείνεσθαι. ὥστε παρ' ἐμοὶ μᾶλλον, ἢ παρὰ σοὶ μέτρῳ τὰς ψυχὰς διορίζεσθαι. Θεόφρ. Ψυχῆς μὲν οὖν πέρι τὴν ἐν ἀμφισβήτησιν ἀπολέλοιπας. οἴει δὲ τὸν κόσμον χρόνῳ ποτὲ διαλύεσθαι; Ἀξίθ. εἴπερ ἔνυλον γέγονεν ὦ ἑταῖρε, καὶ μὴ αὐτόματον τὸ καλὸν τουτὶ θέαμα.

πῶς λέγεις; εἰ τῶν σωμάτων ἡ γένεσις, οἷα δὴ κίνησις οὖσα, μένειν οὐκ ἐθέλει, ἀεὶ δὲ τοῦ τελείου καὶ ὅθεν προῆλθεν ὀρέγεται. καὶ πρὸς ἐκεῖνο σπεύδει καὶ ἐπείγεται. οὐ γὰρ μάτην ἡ κίνησις, οὐδέποτε ἄρα στήσεται, ἕως ἂν τὸ ποθούμενον εὕροι. εὑρήσει δὲ, ὅταν ὁ δημιουργὸς αὐτὸς βούλοιτο. βουλήσεται δὲ, ὅταν ἐπιτήδειον ᾖ. μετὰ γὰρ τὴν τῶν ψυχῶν δοκιμασίαν καὶ τὸν προφανῆ τῆς κακίας ἔλεγχον, τὸ αἰσθητὸν ὅλον ἐπὶ τὸ ἀθάνατον μεταλλάξει. ὥστε συνᾴδειν τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀθανασίᾳ. καὶ πάλιν οἰκεῖον γενέσθαι τὸν τόπον, τῇ τῶν οἰκούντων εὐδαιμονίᾳ. ἔδει γὰρ θνητῷ κόσμῳ, θνητὸν ζῷον ἐνδιαιτᾶσθαι. ἀθανάτῳ δὲ τὸ ἀθάνατον. μία γὰρ τοῦ παντὸς σύμπνοια. ἄτακτον οὐδὲν, οὐδὲ ἀσύμφωνον, ἀλλ᾽ ἕκαστον ἑκάστῳ φίλιόν τε καὶ ἐπιτήδειον. καὶ τὴν τοῦ δημιουργοῦ βούλησιν, πεποίηται φύσιν. σοφοῦ δὲ οἶμαι καὶ δυνατοῦ τὰ αὐτὰ θνητὰ καὶ ἀθάνατα μεταποιεῖν. ἢ, πόσης δυνάμεως καὶ σοφίας. μήτε τὸ θνητὸν ἡμᾶς ἀγνοεῖν μήτε ἐν αὐτῷ διαμένειν. τί δέ; οὐκ ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄναρχος. ἢ πῶς δημιουργὸς ὁ δημιουργὸς. εἰ χρόνος ἦν ὅτε μὴ τὰ αὐτοῦ εἰργάζετο. ΑΞΙΘ. ἄκουε δή φασι μάλα καλοῦ λόγου. Ὁ πάντων βασιλεὺς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, βασιλεὺς ἐξ οὗ τὰ πάντα. ἡ τῶν ὄντων ἀρχὴ, καὶ γονή. οὐ γὰρ ἄγονος πηγὴ, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, ὁ τῆς σοφίας πατὴρ, καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, οὐ χρόνῳ τῆς τόκου δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἤρξατο. ἀεὶ γὰρ τοῦ λόγου καὶ σοφίας πατήρ. οὐ πάθει γεννήσας. οὐ γὰρ ἐξ ἀνάγκης, οὐδὲ συναίτιον τῆς γεννήσεως λαβὼν, οὐ γὰρ ἦν ἄλλο. οὐδὲ ἑαυτὸν τῆς δυνάμεως κενώσας. ἀεὶ γὰρ ἐν ἑαυτῷ, ὃν τέτοκεν ἔχει. ὅλον ἐν ὅλῳ πληροῦντα καὶ πληρούμενον. μόνον γὰρ πατὴρ εἶναι, μόνος ἠβούλετο. καὶ οὐ περιττὸν τὸ γέννημα. οὐ γὰρ εἶχεν ἐν ἑαυτῷ καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας. οὐ γὰρ σύνθεσις ἐν ἑαυτῷ. διὰ τοῦτο τὸν λόγον οὐσιωδῶς τέτοκεν. ἵνα τὴν ὑπόστασιν, καὶ τοῦ πατρὸς δύναμιν διηγήσεται. αὐτολόγος ὤν. αὐτὸς νοῦς καὶ τῷ νοῒ ἅπαντα συναθροίσας. πάντα ὁ πατὴρ δι᾽ αὐτοῦ δημιουργεῖ. σοφίᾳ γὰρ ἔδει τόδε τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι. καὶ ἅμα τῷ τόκῳ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἅγιον πνεῦμα προήνεγκε. οὐ βίᾳ, φησίν. ἀλλ᾽ ἐξουσίᾳ δυνάμεως, διὸ δὴ καὶ τέτοκε βουλόμενος, καὶ προήγαγε, δυνάμενος.

Quid enim dicas? Si corporũ generatio, quæ ipſa motus quidam eſt uidelicet, manere uno in loco nolit, ac potius ad unum illud & perfectum, ex quo prouehit, principium tendat, properet, atque etiam propellatur: neq; enim ſine cauſa aliqua fit motus, neque uſpiam ſiſtitur, antequam id quod deſideratum eſt, inuentum ſit: inuenietur, quando ſupremus ille rerum opifex uoluerit: uolet autẽ ille, cùm ei uiſum fuerit opportunũ. Etenim facta iam animarum probatione, & perſpicua atq; omnibus nota malitiæ reprehenſione: hoc omne quod ſenſibus eſt expoſitum, in id quod immortale eſt atq; æternum conuertetur: quando conueniens eſt hominum immortalitati, ut locus aptus atque accommodus fiat incolarum felicitati. Oportuit in eo, qui periturus eſt, mundo, mortale quoque ſeu periturum animás eſſe, ac rurſus in illo æterno æternum atque immortale. Omnium enim rerum una quædam eſt concordia: nec eſt inordinatum, aut ab hac concordia deflectens quicquam: ſed ſingula ſingulis ſunt amica, apta atq; idonea. Atque hæc ſupremi conditoris uoluntas eſt ipſa natura. Nam & ſapientis & prepotentis eſſe puto, res eaſdem & mortales facere, & immortales. Quanta enim potentia & ſapientia fit, ut & mortalis naturę non expertes atq; ignorantes ſimus: & in illa ipſa iam explorata non maneamus? Theophraſtus. Quid uero? An non hic mundus, & nunquam natus eſt, & principio omni caret? Aut quomodo opifex ille eſt opifex: ſiquidem tempus fuit ullum, quo ſuarum rerum nihil peragebat? Axith. Idipſum audias quæſo: reddunt enim rationem, ſanè quàm bonam. Supremus ille rex omnium, ex quo omnia promanant, rerum omnium principium & origo, inprimíſque fœcundus fons eſt: quippe qui ſit ſummum bonum, ſapientiæ pater, rerum omnium conditor. Is non tempore aliquo cœpit habere generationis uim atque facultatem: ſed ſemper uerbi & ſapientiæ pater exiſtit. Neque uerò paſſus eſt quicquam generando: quippe qui nec aliqua neceſsitatis ui, nec aſſumpto generationis conſorte (quanquam non eſſet quiſquam alius) neque exhauſta per hoc ſua potentia generauit. Semper enim in ſe eum quem genuit, totum in toto, replentem & repletum habet. Solus ipſe pater eſſe uoluit. Nec propterea eſt ſuperflua illa ſoboles: alioquin enim non haberet eum in ſe, & ipſe eſſet eiuſdem naturæ atque ſubſtantiæ. Iam quia compoſitum in eo non eſt quicquam, ideo uerbum naturaliter, aut, ut ſic dicam, ſubſtantialiter genuit: nempe ut ſubſtantiam & uirtutem patris enarret: qui ipſe eſt uerbum, quiq; ipſe eſt mens, & mente in unum omnia cogit, omniáque per ipſum pater facit. Sapientia enim hoc quicquid eſt ſola potuit effici. Atq; unà cum filio, qui naturæ eſt eiuſdem, ſpiritũ ſanctũ etiam produxit: non ui certe ulla adigente, ſed uirtutis ſuæ facultate. Vnde & quia ualuit, & quia potuit, eũ produxit.

Quo

Quo spiritu deus omnia mente & sensu prædita solet afflare, & uirtute replere, & complecti, & ad sese pertrahere. Semper enim spiritus ad patrem se conuertit, eoque etiam quicquid contigerit, prorsus trahit. Atque eiusmodi est perennis hæc magna patris sapiētia & uirtus quæ est unitas & diuina trinitas, nec maius nec minus quicquā in se recipiens. Est enim una substantia, quæ mentem habentes substantias constituit ac fecit: quādo uoluit habere quibus benefaceret, ideoque superas illas facultates produxit, nempe ut ipso bono, primaque sua beneficentia abunde fruerentur. Nullus enim in bono inuidiæ est locus. Atque sic quidem conditor antequam hæc ipsa quę sensibus sunt exposita procreasset, minimè ociosus fuit. Cœlum autem, à quo tempus initium sumpsit, & terram, & aërem, & mare, his iam procreatis effecit. aliàs etiam aliud, pro sua summa potentia facit, materiámque rebus omnibus ipse præstat, exuscitat, coagmentat, concinnat, ornat. Neque enim credendum est materiam non nasci, principioque carere. Quod te Chaldæi docent: itemque Porphyrius in eo, quem καθόλου inscribit, libro, cùm rationes Chaldæorum in medium omnes affert, ijs materiam esse natam affirmat: tum Plotini librum explicans dicit, existimare secūdum naturam ac rectè dici, materiam non natam, & tanquam rerum principium poni, planè ut impiam opinionem minuendam ac explodendam. Si igitur materia est nata, nec habenda pro primo rerum omnium principio, sed ultimo creata: quomodo sensibus expositus ille mundus poterit non natus esse, aut principio carere, aut omni tempore prior extitisse? Opus enim ipsum non potest esse prius aut antiquius sua materia. Idem nobis etiam Plato, quemadmodū ipse non ignoras, in Timæo, nullo colore uerborum usus, affirmat. Ac primum sit ne factus, an infectus hic mundus, querit: tum causa ascribitur, potest enim cerni: ipsaque cœli suauissima portio, sydera itidem facta sunt. Ipsorum enim commigrationes siue motus, & decursus, & conuersiones, & aduersus Boream ascensus, & in austrum descensus: solísque & lunæ defectiones, & quicquid sensus non est expers, gigni quidem Platoni uidentur, uerum esse firma ac solida nunquam. Theophrast. At Platonis mysteriorū interpretes, τὸ γέγονεν, idest, factum est, non simpliciter accipiunt, sed perinde ac si diceretur secundū causam factū, exponunt. Vt umbræ meæ causam meum ipsius corpus aio: at eam corpus meū nō fecit, sed hęc ipsum secuta est. Axith. Ergo conditor non est cōditor: siquidem quæ fecit, minime sua uolunta te fecit: & uniuersum hoc quicquid est, spōte sua atque ex sese existit. Et ni sit factum iam aliquod corpus, quod stet è regione solis, nō cōcedit ut à tergo lux fiat, idque ipsum est umbra.

καὶ τούτῳ τῷ πνεύματι τά τε νοητὰ καὶ αἰσθητὰ ἐμπνέων, δυνάμεως πληροῖ. καὶ συνέχει καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκει. ἐπιστρέφει γὰρ ἀεὶ πρὸς τὸν πατέρα τὸ πνεῦμα, καὶ πᾶν αὖ ἕλκει οὗ ἂν ἐφάψηται. οὕτως ἄχρονος ἡ μεγάλη τοῦ πατρὸς σοφία καὶ δύναμις. ἡ μονὰς ἡ θεία τριάς, οὐ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδεχομένη. οὐσία γὰρ μία, καὶ τὰς νοερὰς οὐσίας συνέταξε, καὶ πεποίηκεν. ἐβούλετο γὰρ ἔχειν οὓς ἂν εὖ ποιῇ. διὰ τοῦτο τὰς ἄνω δυνάμεις προβάλλεται τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τῆς πρώτης εὐεργεσίας ἱκανῶς ἀπολαύει. ἀγαθῷ γὰρ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς φθόνος. οὕτως δὴ ἐν ἀργίᾳ πρὸ τῶν αἰσθητῶν διέμεινεν. οὐρανὸν δέ, ὅθεν ὁ χρόνος ἄρχεται. καὶ γῆν ἀέρα καὶ θάλατταν, μετὰ τὰ πρῶτα δημιουργεῖ, ἄλλοτε γὰρ ἄλλο κατ' ἐξουσίαν ἐργάζεται. αὐτὸς δὲ ἀεὶ ἐργάζεται. αὐτὸς καὶ τὴν ὕλην χορηγεῖ τῷ παντί. ἐγείρει τε καὶ συναρμόττει καὶ τάττει καὶ διακοσμεῖ. οὐ γὰρ ἀγέννητος οὐδ' ἄναρχος ἡ ὕλη. τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι. καὶ ὁ Πορφύριος. ἐπιγράφει δὲ καθ' ὅλον τὸ βιβλίον, ὃ εἰς μέσον προάγει τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια. ἐν οἷς γεγονέναι τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται. καὶ τὸ Πλωτίνου διανοίγων βιβλίον. ὅθεν τὰ κατὰ φύσιν που λέγων. ἀγέννητον δὴ εἶναι τὴν ὕλην. καὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς τιθέναι, ὡς ἄθεον δόγμα, παραιτητέον. εἰ τοίνυν ἡ ὕλη γεννητή, καὶ οὐκ ἀρχὴ ἀλλ' ἔσχατος, πῶς ὁ αἰσθητὸς κόσμος ἀγέννητος ἢ ἄναρχος, ἢ πρὸ τοῦ χρόνου. οὐ γὰρ πρὸ τῆς ὕλης ποίημα. αὐτὸς δὲ ἡμῖν ὁ Πλάτων μέμνηται ἐν Τιμαίῳ, πῶς οὐδ' ἐν σχηματιζόμενος ἀποφαίνεται. πρότερον ἐρωτῶν πότερον γέγονεν ὁ κόσμος, ἢ οὐ γέγονεν. εἶθ' ἡ αἰτία προσγέγραπται. ὁρατός τε γάρ ἐστιν, αὐτός τε ἐστὶ τοῦ οὐρανοῦ τὸ χαριέστατον. οἱ ἀστέρες. ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτοι γεγόνασιν. αἵ τε γὰρ μετοικήσεις καὶ δρόμοι καὶ ἀποστροφαί. καὶ αἱ πρὸς τὸ βόρειον ἀναβάσεις, καὶ αἱ πρὸς τὸν νότον κάθοδοι. ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψεις, αἰσθητὰ πάντα. ἃ γίγνεσθαι μὲν δοκεῖ Πλάτωνι, εἶναι δὲ βεβαίως οὐδέποτε. Θεοφρ. οἱ τοῦ Πλάτωνος μυσταγωγοί. τὸ γέγονεν, λέγουσι, ἀλλὰ κατ' αἰτίαν γέγονεν. οἷον τῆς ἐμῆς σκιᾶς αἴτιον, τὸ μὲν σῶμα, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ πεποίηκεν αὐτήν, ἀλλ' ἐκείνη τούτῳ συνηκολούθησεν. Ἀξιθ. οὐκ ἄρα δημιουργός ὁ δημιουργός, εἰ μὴ βουλόμενος ὃ πεποίηκεν δημιουργεῖ. ἀλλ' αὐτόματον τόδε τὸ πᾶν. εἰ μὴ γέγονεν ἀντιστατοῦν τῷ ἡλίῳ τὸ σῶμα, οὐ συγχωρεῖ κατόπιν γενέσθαι τὴν λαμπηδόνα καὶ τοῦτο ἡ σκιά.

ἔθεν οἷον τὸ σῶμα, τοιαύτη διαγράφεται. ὁ δὲ δημιουργὸς, ἀσώματος, ἄϋλος, αὐτὸ τὸ φῶς ὑπάρχων. πῶς οὖν ἢ πόθεν συμβέβηκεν ἡ σκιά. πῶς δὲ ἀμείνων ἦν καὶ ὡς ἀληθῶς δημιουργὸς, αὐτὸς ποιῶν τε καὶ συναρμόζων ἢ βούλοιτο. ἢ σκιᾶς ἐξ ἀνάγκης ἑπομένης. τίς δ' ἂν τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν κοσμεῖν ἢ καθαίρειν βούλοιτο. οὐκοῦν καὶ τὴν πρόνοιαν ὁ τῶν ἀνοήτων λόγος συνανεῖλεν. οὐ γὰρ ἂν γένοιτο σκιᾶς ἐπιμέλεια. ἔτι δὲ ἅμα τῷ σώματι σκιὰ παραφαίνεται. ἀλλ' ἀδύνατον ἅμα τῷ δημιουργῷ παραλαμβάνειν τὴν ὕλην. τοῦτο πλωτῖνος περιεργαζόμενος τὴν ὕλην σαφῶς πάνυ προλέγει, καὶ τὸν ἀναξαγόραν κωμῳδεῖ ὅτι μὴ προλέγει. ἀλλ' ἅμα τὸν δημιουργὸν καὶ τὴν ὕλην εἰσήγαγεν. ἀδύνατον δὲ ἅμα. δεῖ γὰρ εἶναι πρεσβύτερον τοῦ ποιήματος τὸν ποιητήν. ὁ δὲ πολὺς καὶ ἀττικὸς ὁ τοῦ πλάτωνος ἐραστὴς, τὰ τῷ ἐρωμένῳ δοκοῦντα διεξιὼν, ἔφη περὶ τοῦ κόσμου τὴν φύσιν καὶ τάξιν ἐπιζητῶν. τοιοῦτον δὲ αὐτὸν ὄντα οὐκ ἀγέννητον, οὐδ' ἀΐδιον εἶναι. ἀλλ' ὑπὸ τοῦ μείζονος τὴν δύναμιν καὶ τελειοτέρου θεοῦ τοῦ πρεσβυτάτου καὶ νοητοῦ γεγονέναι. ὁρατὸν γὰρ ὄντα καὶ ἁπτὸν καὶ πάντη σωματοειδῆ, ἀμήχανον ἦν ἀγέννητον εἶναι. ὧν γὰρ ἡ οὐσία βοηθείας δεῖται τῆς παρ' ἑτέρου πρὸς τὸ εἶναι, πῶς ταῦτα μὴ ὁμολογοῦμεν γεγονέναι τε καὶ ὑπὸ τοῦ ποιήσαντος διασώζεσθαι. τὸν δὲ ἀριστοτέλην, καὶ γελοῖον ἀποκαλεῖ. ὁμολογοῦντα μὲν τὸ δὲ τὸ πᾶν ὁρατὸν εἶναι καὶ ἁπτὸν καὶ σωματοειδὲς, ἀγέννητον δὲ καὶ ἄφθαρτον εἶναι φιλονεικοῦντα. ἢ πῶς οὐ καταγέλαστος ἐκεῖνος, εἰ μηδὲ τοῖς τῶν αἰγυπτίων προφήταις ἤθελε συνέπεσθαι. οἱ τοῦ δὲ τοῦ παντὸς ἀρχὴν καὶ γένεσιν λέγοντες, ἐπέστησαν καρκίνῳ τοῦ κόσμου τὴν ὥραν. ἀλλὰ καὶ ἀπόλλων ποτὲ χρησμῳδῶν γενέσθαι καὶ τοὺς δαίμονας ἄδει καὶ πρὸ τοῦ ἀνθρώπου γενέσθαι, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς. καὶ πρὸς χρείαν ἀνθρώπου τῷ δημιουργῷ διακονεῖν. ὁ δὲ χρησμὸς, ἐκτίσθη πρὸ ἡμῶν θείας τοῦ κόσμου γονῆς. ἄφθαρτα πνεύματα εἰς ἡμετέρας χρείας. πῶς οὖν οἱ τοῦ πλάτωνος μυσταγωγοὶ τά τε νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ ἅμα πάντα παραγαγόντες. οὐκ ἐναντία σοφίζονται, τῷ ἀπόλλωνι καὶ τῷ πλάτωνι. οὐ γὰρ δὴ ἅμα δὴ πάντα νῦν τοῦ θέρους ἡ ὥρα καὶ τὰ φυτὰ τοῖς καρποῖς ἐγκαλλωπίζεται, οὔπω δὲ χειμὼν καταρρήγνυται. ἆρ' οὖν τοῦ μὲν θέρους οὗτος ποιητὴς, τοῦ δὲ χειμῶνος οὐκέτι; οὐδ' οὗτος ὕει;

Vnde & talis est umbra, quale corpus illud existit. At cōditor est incorporeus, & immensus, & lux quædam æterna: quomodo igitur, aut unde nam umbra accessit? Quomodo uerò præstantissimus & uerus rerum creator erit? utrum, si quæ uelit, ipse condat & componat: an uerò umbra necessariò comitante? Et quis est qui suam ipsius umbram ornare aut demoliri uelit? Nunquid non prouidentiam etiam hæc desipientum hominum ratio sustulerit? Sic enim nulla prorsus haberetur umbræ cura ac ratio. Adde, quod iuxta corpus umbra cernitur: at fieri non potest, ut simul cum creatore sumatur ipsa quoque materia. Atq; hoc ipsum Plotinus inquisiuit, & apertis uerbis dixit materiam antea fuisse, simulq; Anaxagoram obiurgat, quod, eam non etiam dicat antea fuisse, magisq; creatorem simul & materiam unà introducat. Quod tamen fieri non potest: cùm opificem opere suo priorem esse omnino oporteat. Atticus autem assiduus ille Platonis imitator, exponens Platonis sui carissimi placita, huiusq; mundi materiam atq; ordinem inquirens, ait: illū ipsum, quoniam dicimus mundum neque non natum, neque sempiternum esse: sed ab eo, qui potentia sit maior & perfectior, & antiquior, & sapientior, conditum esse: cùm fieri non possit, ut ipse, qui cerni & contingi queat, quíque corpus habeat, nunquam natus esse uideatur. Quarum enim rerum natura, id id ut existat, ope & auxilio eget: quomodo audebimus dicere, eas nec natas esse, nec ab eo qui ipsas fecerit, conseruari? Aristotelem autem ridiculum appellat, quod & uniuersam hanc mundi machinam cerni tangíque posse, itémque esse corpoream fateatur: & nihilominus contendat, eam nec creatam olim, nec perituram unquam esse. Sed cur non rideatur ille, qui nec Aegyptiorum uatibus assensum præbeat, qui cum mundi initium generationemque exponunt, cancro tempus ætatis eius ascribunt. Sed & Apollo quodam oraculo edito respondit: ante hominum mundíque creationem, dæmones factos esse, qui conditori salutem hominis curanti subseruirent. Oraculum autem ipsum sic habet: ἐκτίσθη πρὸ ἡμῶν θείας τε κόσμου γονῆς, ἄφθαρτα πνεύματα εἰς ἡμετέρας χρείας. Id est, Conditi sunt ante nos, diuinámque mundi generationem, immortales spiritus in nostram utilitatem. Qui fit igitur ut Platonis & interpretes, & mentē & sensum habentia simul omnia introducant? an nō contrariā Apollini, ipsiq; etiam Platoni philosophiam hoc ipso efficiunt? Neque enim omnia simul existunt. Iam æstatis tempus est, & plantæ fructibus ornatæ mirificè sibi placent: nec dum hyems nos obruit. Num ergo ille solum æstatis, ac non etiam hyemis est creator? num ille non pluit?

an uerò tellurem propterea non hic etiã proferendis frugi[illegible] aptam atque idoneam facit, quia cum hyemē non confundit æstatem? At hoc neque imbecillitatis, neque neglecti ordinis: ſed & ſeruati ordinis, & ſummæ potentiæ ſignificationem habet. Silentium quidem Pythagoræ decretum fuit, & tamen nihilominus rationis compos erat, utut ei tunc tacendum uideretur. Statuariam artem Phydias nouerat, atque etiam bonus erat artifex: & ſi non in arce Athenien. ſimul & in Olympia ſtatuas erigeret. Theophr. An ergo uniuerſam hanc mundi machinam malè compactam cenſes? Axitheus. Non eſt aliud hoc opificio melius ullum. Theophraſtus. Quo pacto igitur poterit diſſolui? Axith. Quia hoc opus non ſimplex eſt, ſed compoſitum: quippe in quo alterũ cum altero coniungatur. At quicquid eſt ex multis & diſsimilibus: iiſque etiam inter ſe cõtrarijs rebus compactum id uerò facile diſſolui poteſt. Quicquid autem uim & naturam aptam ad ſui diſſolutionem atque interitum habet, id aliquãdo hoc ipſum aget, ad quod ab ſua natura uocatur. Theophraſtus. An uerò tu ſapientis eſſe putas, id quod bene compactum eſt, & concinne coagmentatum diſſoluere? Axitheus. Si quidem & partes eius interituras fecit: & ut totum ipſum diſſoluatur, iam antea decreuit. Ex his enim illud ſequitur. Si oculus, & digitus, & unumquodque corporis membrum aliquid mali pati poſſunt: non erit à malis immune corpus: ſed ipſum totum idem feret quod partes. Porrò ſi interitum hæc membrorum diſſolutio toti corpori importet, ipſum quidem ſoluere, eſt alienum à ratione & prudentia: ſed ſi interitum ſiue mortem hęc partium diſſolutio frangat ac ſoluat ipſa: magnæ eſt profecto ſapientiæ, & immenſæ potentiæ, quæ mortalia fuerant immortalia efficere. Theophraſtus. Cur igitur non initio hoc fecit? Vtrum non potuit, aut noluit? Axitheus. Dei uoluntatem nullæ unquam uires deficiunt. Voluit igitur ille ea quæ mentem habent eſſe ſempiterna: non item ea quæ ſenſum tantum habent. Theophraſt. Inuidiáne, an alia aliqua cauſa? Axitheus. Penes eum qui ſummum bonum eſt, nulla prorſus eſt erga quenquam inuidia. Sed ſi ſimilia eſſent omnia, nihil eſſent, cum unum eſſent. Iam uerò mente & ratione præditas ſubſtantias, & illum mente præditarum facultatum mundum omnino omnem immortalitate donauit: nec eſt ulla inuidia. Secundo ordine ſenſum habentia, eáque mortalia collocauit: quæ pulchra quidem ſunt & magna: ſed primis illis longe minora. Non ergo quod ſecunda primis adiunxit: ſed aliquid pulcherrimarum illarum rerum, quod quidem procreare poterat, infectum prætermittere, fuiſſet inuidiæ. Et immortalia pariter ac mortalia creare potentiæ potius eſt quàm imbecillitatis. Diuitis enim illius & omnipotentis uerbi atque opificis eſt, non modo res diuerſas, uerum etiam inter ſe contrarias procreare, ut album & nigrum, calidum & frigidum, mortalia & immortalia: quæ

οὐδ᾽ εἰς καρπογονίαν προδυτρεπίζει τὴν γῆν. ὅτι μὴ τὸ θέρος ἅμα τῷ χειμῶνι συμφύρεται, ἀλλ᾽ οὐκ ἀσθενείας οὐδ᾽ ἀταξίας. ἀλλὰ τάξεως καὶ δυνάμεως σημεῖον. ἡ σιωπὴ τοῦ πυθαγόρου τὸ δόγμα. ἀλλ᾽ ὅμως λογικὸς ἦν. εἰ καὶ τὸ σιωπᾶν ἐγνώκει. ἡ δὲ ἀγαλματοποιία τοῦ φειδίου τέχνη, ἀλλ᾽ ὅμως δημιουργός ἦν. εἰ καὶ μὴ ἅμα τὸ ἐν ἀκροπόλει καὶ ἐν ὀλυμπίᾳ πεποίηκεν ἄγαλμα. Θεόφρ. πότερον οὖν κακῶς τόδε τὸ πᾶν συνεδέθη. ἀξίθ. οὐ μὲν οὖν ἦν ἄμεινον. Θεόφ. Πῶς οὖν λυθήσεται; ἀξίθ. ὅτι τὸ συνδεθὲν οὐχ ἁπλοῦν· ἄλλο γὰρ ἄλλῳ συμπλέκεται. τὸ δὲ ἐκ πολλῶν καὶ ἀνομοίων καὶ ἐναντίων συντεθὲν, εὐδιάλυτον τῇ δυνάμει. τὸ δὲ δύναμιν πρὸς διάλυσιν ἔχον ἐπιτηδείαν, ἐνεργήσει ποτὲ τοῦθ᾽ ὅπερ ἡ δύναμις ὤδινε. Θεόφ. Τί δὲ τὸ καλῶς συνδεθὲν καὶ ἁρμοσθὲν λύειν, σοφίας εἶναι σοι δοκεῖ; ἀξίθ. εἰ τὰ μέρη θνητὰ καταλέλοιπε· καὶ τὸ ὅλον διαλύειν προδιώρισεν. ἐξ ἐκείνων γὰρ τοῦτο. εἰ ὀφθαλμὸς, καὶ δάκτυλος καὶ μέρος ἕκαστον παθεῖν δύναται, οὐκ ἀπαθὲς τὸ σῶμα· ἀλλὰ τὸ ὅλον τοῖς μέρεσι ταυτὸν πείσεται. ἔπειτα εἰ μὲν ἡ λύσις φθορὰν εἰσῆγε τῷ παντὶ, λύειν ἀλόγιστον ἦν. εἰ δὲ τὴν φθορὰν αὐτὴν ἡ λύσις καταλύσει, μεγάλης σοφίας καὶ ἀφάτου δυνάμεως τὰ θνητὰ ποιεῖν ἀθάνατα. Θεόφ. Τί οὖν μὴ τὴν ἀρχὴν πεποίηκε; πότερον οὐκ ἠδύνατο; ἢ οὐκ ἠβούλετο; ἀξίθ. τῆς τοῦ θεοῦ βουλήσεως οὐκ ἀπολείπεται δύναμις. βουληθεὶς γοῦν τὰ νοητὰ πάντα πεποίηκεν ἀθάνατα. τὰ δὲ αἰσθητὰ οὐκ ἠβούλετο. Θεόφρ. διὰ φθόνον, ἢ τί; ἀξίθ. ἀγαθῷ περὶ οὐδενὸς φθόνος οὐδείς. ἀλλ᾽ εἰ πάντα ὅμοια ἦν, οὐδὲν ἦν. ἓν γὰρ ἦν. νῦν δὲ νοερὰς καὶ λογικὰς οὐσίας καὶ ἁπλῶς τῶν νοητῶν τὸν κόσμον ὅλον ἀθανάτον περιέβαλε. καὶ φθόνος οὐδείς. δεύτερα δὲ αἰσθητὰ καὶ θνητὰ προσέθηκε. καλὰ μὲν ὄντα καὶ μεγάλα. τῶν δὲ πρώτων ἐλάττονα. οὐκ ἄρα τὸ δεύτερα προσθεῖναι φθονοῦντος ἦν. ἀλλά τι τῶν καλῶν παραλιπεῖν ὧν ποιεῖν ἠδύνατο. καὶ ἀθάνατα καὶ θνητὰ δημιουργεῖν, αἰτία δυνάμεως ἦν οὐκ ἀσθενείας. τελέου γὰρ λόγου καὶ δημιουργοῦ, μὴ μόνον διάφορα ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλοις ἐναντία. οἷον λευκὸν καὶ μέλαν. καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν. καὶ ἀθάνατα καὶ θνητά.

ἃ δι' ὑπερβολὴν δυνάμεως, ἀθάνατα μεταποιήσει. διὸ δὴ παρακατέθετο σπέρμα τοῖς θνητοῖς τὸ ἀθάνατον. ὃ καὶ βλαστήσει ποτὲ, καὶ κρατήσει, καὶ τὸ ἔλαττον ἐκτρέψει, καὶ πρὸς αὐτὸ μετασκευάσει. καὶ ἀειθαλεῖς ἕξει τοὺς καρποὺς. καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστον ὅτι τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς τὸ ἀκραιφνέστατον ἀθάνατον καὶ νῦν διασώζεται. ὃ δὴ ὄλυμπόν τε καὶ μακάρων νήσους, καὶ ἠλύσιον πολλάκις ὀνομάζει τὰ λόγια, εἰς ἀπόδειξιν ὅτι τὸ ὅλον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ἔσται τοιοῦτον. οὐδὲν γὰρ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ γενόμενον παντελῶς θνητόν. οὐκοῦν διαμένει θνητόν. πεπόνηκε δὲ τὸ αἰσθητὸν καὶ ἔνυλον χρόνον τινὰ γένεσιν καὶ φθορὰν ὑποδέχεσθαι. μεῖζον ἀγαθὸν προνοούμενος. ἅμα μὲν ταῖς ἰδέαις καὶ τῷ ποικίλῳ τῶν εἰδῶν κάλλει χώραν διδοὺς, ὥστε τῇ φθορᾷ καὶ τῇ γενέσει πολλάκις ἐντυποῦσθαι. καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς μεταβολῆς τὰ καλὰ τῆς μορφῆς σχήματα ἐν τῇ ὕλῃ γυμνάζεσθαι. καὶ τοὺς περὶ τῶν εἰδῶν λόγους μελέτῃ βεβαιοῦσθαι καὶ τῇ κινήσει δείκνυσθαι. ὥστε τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἔξω θαυμάζειν τὰς περὶ αὐτῶν ἔνδον νοήσεις. οἷον εἴτις ζωγράφος καλοῦ γε ὄντος τοῦ ἀρχετύπου πολλὰς τοῦ αὐτοῦ εἰκόνας ἐξεργάσαιτο. ὡς μηδὲν τοῦ κάλλους διαλαθεῖν, καὶ πανταχοῦ διαφαίνεσθαι καὶ σεμνοτέραν δεικνύναι τὴν τέχνην. ἅμα δὲ καὶ ταῖς λογικαῖς οὐσίαις ἐνδεικνύμενος. ὅτι μὴ δι' ἀνάγκην, ἀλλὰ κατὰ δωρεὰν τὴν ἀθανασίαν αὐτῆς χαρίζεται, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις ἑκόντι θήσειν· οὐ τῶν δευτέρων ἀπορίᾳ, καὶ ὡς δεῖ τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων ἀπορίᾳ. καὶ ὡς δεῖ ἐπιμέλεσθαι καὶ μηδὲν αὐτῶν ἐμπίπλασθαι. ἀλλὰ τῶν ἐσχάτων ἐφάπτεσθαι, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐξηρτῆσθαι. καὶ πρὸς αὐτὴν ἀεὶ βλέπειν, καὶ ποιεῖν τὸ κελευόμενον, καὶ ἄρχεσθαι μᾶλλον, ἢ ἄρχειν βούλεσθαι. ἐλευθερία γὰρ καὶ ὡς ἀληθῶς δύναμις τῷ ἀγαθῷ δουλεύειν ἐφίεσθαι. δεῖ τοίνυν τοὺς λογικὴν οὐσίαν λαχόντας ἑκόντας ἄρχεσθαι σεμνῶς εἰ μέλλουσι τῷ αὐτεξουσίῳ κεχρῆσθαι καλῶς. ὃ δὴ μέγιστον παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τῆς ἀθανασίας ἔχουσι τὸ σύμβολον. εἰ δὲ ὑπηρετεῖν τῷ πρώτῳ βαρύνονται, καὶ ὅτι μὴ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος γέγονε δυσχεραίνει. καὶ τυραννίδος ὀρέγεται, καὶ παρανομεῖν ἄρχεται, τῆς τάξεως ἀποσπασθέντες, εἰς ἀταξίαν πεσοῦνται. καὶ τοῦ βασιλέως ἀστραπῆς ἀποστάντες, θνητοὶ μὲν οὐκ ἔσονται, ἀθάνατοι παρ' αὐτοῦ τὸ πρῶτον γενόμενοι.

quæ tamen ipsa quoq; pro sua summa atq; excelléti potétia, deinceps immortalitate donauit. Qua de causa iam antea quoq; mortalibus rebus immortalitatis semen aliquod iniecerit, quod aliquãdo germinabit, & superabit, & quod minus est absumet, sibiq; accommodabit, æternũq; florentes fructus feret. Estq; huius rei minime leue argumentũ, quod illa purissima cœli terræq; pars, uel iam ab interitu salua atque immunis conseruatur. Quibus sanè Olympi, & fortunatarũ insularum, & campi Elysij nomen ueteres attribuerunt: nempe ut ostenderent fore, ut cœlum totum, terraq; tota eiusmodi essent. Neque enim quicquam est à creatore factum, quod usque quaque sit mortale. eaq; de causa corruptio seu interitus rerum, uim suam non semper obtinebit. Hoc autem fecit, ut id quod sensum mouet, & est corporeum, aliquantisper sui ipsius ortum ac interitúmque susciperet: idq; alicuius, quod cogitabat, boni maioris causa. Simul enim & formis earúmque multitudini & uarietati, & pulchritudini locum dedit: uoluítque eas sui ipsarum interitu atque ortu subinde iterum atque iterum imprimi, & continuata illa mutatione, hæc pulchra formarum genera, in materia quasi detecta ac nudata ob oculos ponere: uoluit etiam eas quæ sunt formis rationes siue causas studio quodam confirmari, motúque demonstrari: nimirum ut externa illa uarietate ducti internas illas rationes siue causas admiremur. Veluti si quis pictor alicuius pulchri simulachri multas imagines fingat: ut nulla pulchritudinis pars lateat, sed ea tota undequaq; appareat, artémque efficiat augustiorem. Sed & productis ijs, quæ rationæ sunt præditæ substantijs simul ostendit, se non necessitate ulla, uerum sua liberali uoluntate ductũ, immortalitatis munus eis concessisse, eásque loco priore, magis quòd uellet, quàm quod posteriora nulla haberet, collocasse. Est igitur earum officium, ut ipsæ, quoniam primæ sint, secundis inseruiant, eásque potius curent, quàm præ se contemnant, multoq; magis illas ultimas etiam amplectantur: tum ad primum principium semper respiciãt, & imperata faciant, malintq; parere quã dominari. Vera enim est & libertas & potentia, ei qui uerè bonus est, seruire uelle. Oportet igitur eos qui rationẽ habente natura sunt donati, suapte uoluntate, huic imperio quãta possunt reuerentia parere: siquidẽ suo iure, suáue libertate bene uti uelint. Quod enim sui iuris sunt, ac uerè liberi, idipsum acceperũt à creatore maximum immortalitatis signũ. Sin qui supremo rerum moderatori grauatè inseruiant, quódque ipse primus factus non sit quisque molestè ferat, atque aspiret ad imperium, & uiolare leges occipiant: ij ab ordine recto auulsi in quandam ἀταξίαν incidunt, ac quoniam à clarissima summi regis luce defecerunt, mortales quidem non erant, quippe qui initio facti sunt immortales,

sed tenebras mortalium sentient, quasi in profluentem lapsi, huc illucque ferentur, subiecti potius quàm præfecti imperio. Atque hæc supremus opifex præuisa, cauit, ac ne euenirent, fecit: ac neque propter eos qui deficiunt, obedientibus libertatem ademit, sed potius obedientium imbecillitatem corporis seu terrenis rebus castigatam curauit, quia deserti perdere non seruare norunt. Eos miseratus, non sinit morbo tabescere, idque mortale fecit, quo cupiunt ipsi maxime perfrui: quo deinceps soluto saluti sunt & libertati ipsi, tum post tyrannorum interitum rursus immortalem faciet partem eam, quam propter illos initiò mortalem dimisit. Atque hoc ipsum introduxit ceu escam, deprehensionem, solutionem tyrannidis: tum uelut demonstrationem quandã eius, qua pollet conditor, potentiæ, iustitiæ, mansuetudinis, propensæ erga humanum genus uoluntatis, atque etiam uictoriæ. Hoc autem corruptionis genus, etiam Plato uidit, licet immortalitatem futuram ignorauit. Neque enim terræ solum, uerum etiam cœli interitum satis claris & apertis in Timæo uerbis introduxit, dicens cœlum ex sua ipsius propria corruptione quasi quodam modo nutriri. Ergo si corruptio quædam nutritio conseruatióque est: ubi locorum erit immortalitas, nisi creator corruptionem cœli terræque sic prorsus omnem conuertat, sicque induat immortalitate, ut eam nulla amplius mors, nulla malitiæ insultatio, nihil denique mortale consequatur. Stoicis autem cælum simul ac terra sæpe interire sæpéque renouari uidebantur. Sed si sunt iterum interitura, inutilis eis erit & superuacanea mutatio. An non præstaret eiusmodi semel fieri mutationem, quam mutatio alia nulla consequatur? Estque omnino sic reuicturus homo, ut non iterum moriatur. Nihil enim erit in eo mortale. Sed & homo, & totus hic mundus, & omnino omnia fient noua atque æterna. Theophrastus. Sed utrum cum corpore reuiuiscet homo an sine corpore? Axith. Siquidem integer est homo, anima rationem habens corporíque coniuncta. Theophrastus. Quali uero corpore? huic ne simili, aërio, aut ostrei simili? Eiusmodi enim corporibus coniuncta est anima, per quæ qualiáque loca uenit. Axith. Dicis tu quidem animam multorum & uariorum corporum onus ferre. Ac quemadmodum parua illa animalcula in aranearum telas illapsa, statim inuoluuntur & capiuntur: sic tu statuis animam humanam, ubi corpori licet, multum diuerso, appropinquauerit, eo ipso statim indui & capi. ut si per astra habeat iter, astrorum simili: si per æthera æthereo corpore uestiatur: sin descen-

ἀλλ' οἷον μὲν σκότει τῶν θνητῶν αἰσθήσονται. καὶ ὥσπερ εἰς ποταμὸν ἐμπεσόντες, τῇ καὶ τῇ φέροιντο κρατούμενοι μᾶλλον ἢ κρατοῦντες. ταῦτα προγνοὺς ὁ δημιουργὸς προεξεῦρεν ὅπως παύσῃ τὸ γιγνόμενον. καὶ οὔτε τὸ αὐτεξούσιον τῶν ἀρχομένων διὰ τοὺς ἀφισταμένους ἀφεῖλε. καὶ τὴν τῶν ἀφισταμένων ἀσθένειαν τοῖς ἐνύλοις διελέγχει. ὅτι μεμονωμένοι διαφθείρειν οὐ σώζειν ἐπίστανται. καὶ τούτους ἐλεήσας, οὐκ ἐᾷ νοσεῖν ἀθάνατα, θνητὸν ποιήσας. οὗ τε πλέον ἀπολαύειν ὀρέγονται, οὗ λυθέντος καὶ ἡ τυραννὶς συνδιαλύεται. καὶ μετὰ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν, ἀθάνατον αὖθις ποιήσει τὸ μέρος, ὃ δι' ἐκείνους θνητὸν τὸ πρῶτον ἀφῆκε. καὶ τοῦτο συνήνεγκεν εἰς δέλεαρ καὶ ἔλεγχον, καὶ λύσιν τῆς τυραννίδος. εἰς ἐπίδειξιν δὲ τῆς τοῦ δημιουργοῦ δυνάμεως καὶ δικαιοσύνης καὶ πραότητος τῆς φιλανθρωπίας καὶ νίκης. οἶδε τὴν φθορὰν ταύτην ὁ πλάτων εἰ καὶ τὴν ἀθανασίαν τὴν μέλλουσαν ἠγνόησεν. οὐ γὰρ τῆς γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ οὐρανοῦ φθορὰν σαφῶς ἐπεισάγει τιμαίῳ λέγων. ἐκ τῆς οἰκείας φθορᾶς τὸν οὐρανὸν τρέφεσθαι. εἰ τοίνυν τροφὴ καὶ ἡ φθορά, ποῦ τὸ ἀθάνατον; εἰ μὴ τὴν φθορὰν ὁ δημιουργὸς μεταλλάξει τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς τὸ ὅλον εἰς ἀθανασίαν ἀναδησάμενος. μεθ' ἣν οὐκέτι τελευτή, οὐδὲ κακίας ἐπανάστασις. οὐ θνητὸν οὐδέν. τοῖς δ' ἀπὸ τῆς στοᾶς ἐδόκει, πολλάκις μὲν φθείρεσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· πολλάκις δὲ ἀνανεοῦσθαι. ἀλλ' εἰ πάλιν φθείρεσθαι μέλλοι, μεταλλάττειν περίεργον. οὐκοῦν ἄμεινον ἡ εἰσάπαξ μεταβολή, μεθ' ἣν οὐκέτι μεταβολή. καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀναβιώσεται οὐχ ὥστε πάλιν τεθνάναι, οὐδὲν γὰρ ἔσται θνητόν. ἀλλὰ πάντα καινὰ καὶ ἀθάνατα, καὶ ὁ πᾶς οὗτος κόσμος καὶ ὁ ἄνθρωπος. Θεόφρ. Πότερον δὲ μετὰ τοῦ σώματος ὁ ἄνθρωπος ἀναβιώσεται, ἢ οὐ μετὰ τοῦ σώματος; Ἀξίθ. ἦπερ ἄνθρωπος ψυχὴ λογικὴ σώματι χρωμένη. Θεόφρ. Ποίου δὲ σώματος, τοῦ αὐτοειδοῦς, ἢ τοῦ ἀερώδους, ἢ τοῦ ὀστρεώδους. τοιούτων γὰρ καὶ τοσούτων ἡ ψυχὴ σωμάτων ἐμπίπλαται. δι' ὅσων καὶ οἵων χωρίων παρέρχεται. Ἀξίθ. Ποικίλων σωμάτων φορτίον λέγεις τὴν ψυχὴν περιφέρειν, καὶ ὥσπερ τὰ μικρὰ ζῶα τοῖς ἀραχνίοις ἐμπεσόντα εὐθὺς περιβάλλεται καὶ τεθήραται. οὕτως ὡς ἔοικεν ἡ ἀνθρωπεία ψυχὴ προσπελάζουσα σώματι. κἂν διάφορα ᾖ, ταχέως ἐνδύεται καὶ ἁλίσκεται. κἂν τὸν οὐρανὸν διαβαίνῃ, οὐράνιον τὸ σῶμα παρεσπάσατο. εἰ δὲ διὰ τῶν ἄστρων, ἀστροειδές. εἰ δέ, διὰ αἰθέρος ἡ πάροδος, αἰθερίῳ σώματι περιστοιχίζεται.

κἂν εἰς ἀέρα καταβῇ, τῷ ἀερώδει περιαιρεῖται. εἰ δ' ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθείη, γήϊνον αὐτῇ τὸ σῶμα συμπήγνυται. κοινωνίᾳ τῶν ἄλλων στοιχείων οὕτω ῥᾳδίως ἐμπίπλαται, τί κωλύει κἂν εἰς πῦρ ἐμπέσοι, πυρίνῳ σώματι περιλάμπεσθαι. κἂν ὑπὸ θαλάττης κατακλύζοιτο, ὑδάτινον ἀναμάσσεσθαι τὸ σῶμα. βούλει τῶν τοιούτων σωμάτων πεῖραν λαμβάνειν ὦ αἰγύπτιε. Αἰγυπτ. οὐκ ἔστι μοι σχολὴ κατακαίεσθαι, οὐδὲ ὑδατίῳ ἀποπνίγεσθαι. ἀξίθ. ἀλλὰ πᾶν σῶμα φησὶν ὁ θεόφραστος, ἁρμόδιον εἶναι ψυχῇ, καθάπερ ἱμάτιον. καὶ τριπλοῦς τις ὢν καὶ τετραπλοῦς ἡμᾶς ἐλάνθανε. Θεόφρ. Παίζεις σὺ ἀξίθεε τὰ τῶν παλαιῶν ἀπόρρητα. ἀξίθ. Σὺ δὲ σπουδάζεις ὦ θεόφραστε, καὶ οὐ γελοῖον εἶναί σοι δοκεῖ τὸ ἀσώματον ὁτῳοῦν σώματι ῥᾳδίως συμπλέκεσθαι. καὶ συνάπτεσθαι καὶ συῤῥάπτεσθαι ἄλλο ἄλλῳ, καὶ πολλὰ ἅμα σώματα ἐπενδύεσθαι. εἰ δὲ καὶ ἔμψυχα τὰ σώματα, πολλὰ ζῷα τὴν μίαν ψυχὴν, ὥσπερ ἀγέλην συμπεφυκότων βοσκημάτων φὴς ἐλαύνειν. καὶ ὁρμαθὸν ἀλλήλοις ἐμβεβηκότων ζῴων συναίρειν; Θεόφρ. ἔοικε μὲν ἄτοπα ταῦτα εἶναι. καὶ οὐδὲν ἐᾷς ἀνέλεγκτον, ἀλλ' ἀκούεις οἷα τὰ περὶ τὰ μνήματα σκιοειδῆ φαντάσματα. ταῦτα ἐστὶ τὰ ἀερώδη τῶν ψυχῶν σώματα. ἃ δὴ εἴδωλα καλοῦσιν. ἀξίθ. οὔπω μεμάθηκας ὁ πάντα μαθὼν, ὅτι δαιμόνια κακοῦργα καὶ φῦλα τὰς ἀνθρωπείας ψυχὰς ὑποκρίνεται καὶ οἱ γοητεύειν σοφιζόμενοι. καὶ τὸν πάλαι τεθνηκότα καλεῖν ἐπαγγελλόμενοι, οὐκ ἄνθρωπον ταῖς ἐπῳδίαις ἕλκουσιν, ἀλλά τι δαιμόνιον, ὃ τοῦ ἀνθρώπου τὴν εἰκόνα τὸ εἴδωλον σχηματίζεται. καί τι πρὸς ἀπάτην τερατεύεται καὶ φθέγγεται. ἀλλ' ὁ ἥλιος ἀνίσχει. καὶ τὸ φάσμα διαλέλυται. εἰ δὲ ἦν ἀνθρωπίνη ψυχὴ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ τοῖς φιλτάτοις μάλα ἡδέως προσδιελέγετο, καὶ συνδιῆγε. Θεόφρ. Πῶς οὖν ἀλγήσει ψυχὴ τιμωρουμένη. εἰ τὸ ἀέριον ἀνέλοι μὲν σῶμα. οὐ γὰρ ἄνευ σώματος ἀλγήσει. ἀξίθ. ἦ καλῶς λέγεις οὐκ ἄνευ σώματος. ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον ἀναλήψεται, καὶ ᾧ φανερῶς ἐχρήσατο. ὅτ' ἂν ὁ τεταγμένος τῆς κρίσεως χρόνος καλοίη. οὐ γὰρ ἄλλο μὲν ἥδη, ἄλλῳ δὲ ἀλγήσει. οὐδ' ἄλλο μὲν διηκόνει. ἄλλο δὲ πρὸς κρίσιν ὑπάγεται. Θεόφρ. Τὸ γήϊνον λέγεις; μέγα θαῦμα καὶ μὴν διαλέλυται καὶ διεσκέδασται. καὶ τὸ μὲν, ὑπὸ τῶν ἰχθύων διατέμνεται. τὸ δὲ, ὑπὸ τῶν ὀρνέων διασπαράττεται. καὶ ταῦτα ὑφ' ἑτέρων ἁλίσκεται καὶ διόλλυται. ὡς μηδὲν εἶναι τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος γνώρισμα. Ἀξίθ. μορμολύττει ὦ γενναῖε, μαθὼν δὲ ἡμερώτερος ἔσῃ.

sin descendat in aëra, circundet aerio: sin uero in terris sit, cũ terreno corpore coniungatur. Si igit alijs elementis adeò facile cõiungitur, quid prohibet, quin sin in ignẽ inciderit, igneo corpore amiciatur? siꝙ marinis undis obruatur, aqueum sibi corpus hauriat? Vis ne Aegypte huiusmodi corporum experimentum sumere? Aegyptus. Mihi non est ocij tantum ut uel ignibus comburi uelim, uel aquis suffocari. Axith. Ac omne corpus, ait Theophrastus, animæ perinde ac uestem conuenire: quanquam eam uel triplam uel quadruplam esse, nos hactenus latuit. Theoprastus. Rides tu quidem prisca mysteria. Axith. Tu uero seriò doces hęc: minimeꝙ ridiculum uidetur tibi incorporeum quiddam cum quocunque corpore coniugi, aliudꝙ alij & coalescere, & cõsui, multaꝙ corpora eodem uestimento tegi. Sin autem animata sint corpora, tu multa animalia unam animã quasi quędam cognatorum pecorum gregem dicis impellere, & ordinem in sese ascendentium animalium simul trahere. Theophr. Absurda quidem uidentur hæc esse, nihilque ipse non confutatum reliquisti. sed an nõ audis etiam circa sepulchra uideri umbras ac spectra, quę profectò sunt illa aëria animarum corpora, quæ simulachra uocant. Axith. Nunquid hoc ignoras, qui cognita habes omnia: hæc spectra esse mala dæmonia, humanas animas repræsentantia? quodꝙ ij qui incantationibus operam nauant, seꝙ posse profitẽtur, iam olim defunctum euocare: non hominem carminibus suis attrahunt, sed dæmonium aliquód malum, quód simulachrum hominis effingat, atꝙ ut imponat, miracula simul ac humanam uocem edat. Quod tamen spectrum orto sole statim euanescit, cum uerisimile sit ipsum, si esset hominis anima, etiam interdiu, quos charissimos habet, suauiter allocuturũ, unaꝙ futurum. Theophr. Quę igitur anima in modum cruciatus ullos sentiet atꝙ feret, si corpus aëriũ è medio tollam⁹? Neꝙ enim cruciatus ullos sentiet corpore destituta. Axith. Rectè quidem hæc dicis, illã sine corpore sentire dolores ullos posse. Sed corpus suũ ipsius repetet, quo iam antea publice atꝙ in conspectu hominum est usa: idꝙ tũc fiet, cũ definitũ iudicij tẽpus postularit. Neꝙ enim fiet, ut cũ alio uoluntatem ceperit, cum alio uero dolorem communem capiat: neꝙ corpus aliud animæ subseruierit, aliud rursus, uocetur in iudiciũ. Theophr. An ergo terrenũ hoc corpus resuscitatũ iri putas? at id miraculi simile fuerit: quãdoquidem diffluxit & dispersum est: & aliud quidẽ à piscibus laniatũ, aliud autẽ ab auibus discerptũ est: eaꝙ animalia deinceps ab alijs capta, sic absumpta sunt, ut ne uestigiũ quidẽ humani corporis ullũ amplius existat. Axith. Terres tu me quidem, ò generose uir:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed hac re plenius ac melius cognita, prorſus eris mãſuetior. Verum dic mihi, eſt ne corpus humanum, ſimplex, an compoſitum? Theophraſt. Omnino compoſitum Axith. Quibus igitur ex partibus compoſitum putas? ex quatuor dices? Theophraſtus. Elementis, inquam. Axith. Iam uero ſi id quod compoſitum eſt, diſſoluitur: an non in res eas redit, ex quibus compoſitum fuit? Theophraſtus. Omnino. Axith. An igitur non humanum corpus, & piſcis, & auis, & fera in elemẽta recurrunt: & unumquodque in id ex quo collectum fuerat, redit? Theophraſtus. Omnino. Axith. Iam ſi elementa conſeruantur, & una corporis noſtri cauſa conſeruatur, conſequens eſt fore, ut omnia, cum ſupremus opifex uocarit, undecunq; colligantur. Etenim ſi principio parua quædam, eáque informis atque humida materia, totum hominem concepit: non mirabor ipſe amplius, ſi totius, hominis corpus in elementa diſſeminatum, non amplius aut maius, ſed priori par reddiderit. Vidi ego grandem pulchram amplam, umbroſam uitem: quæ meas ipſius ædes ornabat, non ab ullo uinitore plantata, neque ab ullo ſurculo nutrita: ſed eam mihi quidam acinus in fundum lapſus totam porrexit. Vbi igitur truncus ſeu ramus ille latitauit? Vbi tot folia? Itemq; fructus ubi delituit? Qui uero rei ruſticæ ſedulam operam nauant, ij ficum iunco perforatam & ſeminibus replent, & unà cum iunco defodiunt: nec multo poſt, ad numerum ſeminum ficus arbores eodem ordine ſitæ apparent. Atqui ſemen quàm parua, propéque indiuidua, & puncti ſimilis res eſt? & tamen protritum poſt quàm fuit, adeo magnam arborem parit. Et palma arbor licet oſſe duriſsimo orta, uſque in ſublimem aërem exaltatur. His adde & humanam illam artem, cuius paulò antè meminimus, quæ apes facit. Quomodo uero apes hæc facit? Solent apum producendarum ſtudioſi, taurum fuſtibus mactatum, ac mortuum, in aliqua caſa, pauca terra, dum totus conſumatur ac computreſcat, defoſſum accurate claudere. Ibi tum præter omniũ ſpem, unius tauri corruptio & putrefactio, plurimarum apum ortus uitaque exiſtit. Et Phœnix auis fertur in quingentos annos uitam producere: tum deinde mortua totaq; conſumpta reuiuiſcere. Succurrit etiã ingens animalium copia, quæ ex aliorum animantium interitu generatur. Sed horum nihil Theophraſtus admiratur: ſolumq; hominis corpus reuiuiſcere & admirandum & credendum opinatur: qui tamen Athenienſibus indigenas ſe eſſe dicentibus fidem habet. Sed naturam hanc ad credendum adeo difficilem, conditor eo ipſo iam antea ſuſtulit, quod tanta miracula huic ipſi affinia dedit, ut illud deinceps incredibile uideri nequaquam poſsit.

Etenim

ἀλλ' ἀπόκρινον. τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, πότερον ἁπλοῦν ἢ σύνθετον; Θεόφ. δηλονότι σύνθετον. Ἀξίθ. ἐκ τίνων δὲ ἡ σύνθεσις. ἐκ τεττάρων φῄς. Θεόφρ. στοιχείων φημί. Ἀξίθ. διαλυόμενον δὲ τὸ σύνθετον, οὐκ εἰς ταῦτα πάλιν ἀναχωρεῖ ἐξ ὧν συνετέθη. Θεοφ. Πάνυ μὲν οὖν. Ἀξίθ. οὐκοῦν τοῦ ἀνθρώπου τὸ σῶμα καὶ ὁ ἰχθὺς, καὶ τὸ ὄρνεον, καὶ τὸ θηρίον εἰς τὰ στοιχεῖα πάλιν ἀνέδραμε. καὶ ἕκαστον ὅθεν συνῆλθεν, εἰς ἐκεῖνο διαλύεται. Θεοφρ. πάνυ γε. Ἀξίθ. εἰ τοίνυν τὰ στοιχεῖα διασώζεται, καὶ ἡ τοῦ ἡμετέρου σώματος ἀφορμὴ συνδιασώζεται. καὶ ὅταν ὁ δημιουργὸς καλῇ, πάντα πανταχόθεν συλλέγεται. εἰ γὰρ τὴν ἀρχὴν μικρά τις καὶ ἀνείδεος ὑγρότης ὅλον ἄνθρωπον ἀπεκύησεν, οὐκ ἂν ἔτι θαυμάσομαι. εἰ ὅλου τοῦ ἀνθρώπου τὸ σῶμα τοῖς στοιχείοις κατασπαρὲν, οὐ πλέον ἀλλ' αὐτὸ τὸ μέτρον ἀπέδωκεν. εἶδον ἔγωγε πολλήν τε καὶ καλὴν ἀμφιλαφῆ τε καὶ σύσκιον ἄμπελον. ἣ τὴν ἐμὴν οἰκίαν διεκόσμει οὐχ ὑπὸ γεωργοῦ πεφυτευμένην. οὐδ' ὑπὸ βλαστήματος ἀνατετραμμένην. ἀλλὰ γίγαρτον καταπεσὸν ὅλην ἐχορήγησε. ποῦ τοίνυν τὸ στέλεχος ἐκρύπτετο. ποῦ δὲ τὰ μυρία φύλλα. ὁ δὲ καρπὸς, ποῦ διελάνθανεν. οἱ δὲ γεωργεῖν δεινοὶ σῦκον χοινίῳ περιτρίψαντες, καὶ κεγχραμίδων ἐμπλήσαντες, κατέχωσαν τὸ χοινίον. χρόνος βραχὺς, καὶ πρὸς μέτρον τῶν κεγχραμίδων συκαῖ κατὰ στίχον κείμεναι διεφάνησαν. καίτοι μικρόν τι καὶ ἄτομον καὶ οἷον σημεῖον ἡ κέγχραμις. ἀλλ' ὅμως περιδιαφθαρεῖσα, τὶ μέγα δένδρον ὠδίνει. καὶ τὸ δένδρον ὁ φοῖνιξ εἰς ἀέρα μετεωρίζεται. ἀλλ' ὀστέον ἀπεσκληκὸς τῆς γενέσεως ἡ πρόφασις. ἔτι δὲ καὶ ἀνθρωπεία τέχνη ἧς καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, ἣ μελίττας ἐργάζεται. πῶς οὖν ἐργάζεται. ταῦρον ἀνελόντες οἱ τῶν μελισσῶν ἐρασταὶ. καὶ νεκρὸν ἐν οἴκῳ καταχώσαντες μετρίως. καὶ συγκλείσαντες ἀκριβῶς. ἕως διαφθείρεσθαι. καὶ κατασήπεσθαι. καὶ τὸ παράδοξον, ἡ τοῦ ἑνὸς φθορὰ καὶ σῆψις, μυρίων μελισσῶν γένεσις καὶ ζωὴ καὶ βίος ἐγένετο. καὶ τὸ ὄρνεον ὁ φοῖνιξ εἰς πεντακόσια ἔτη βιῶναι λέγεται. τελευτήσας δὲ καὶ ὅλως διαχυθεὶς, αὖθις ἀνεβίωσε. καὶ ἐπιῤῥεῖ πλῆθος ζώων ἐκ φθορᾶς λαχόντων τὴν γένεσιν. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν ὁ θεόφραστος θαυμάζει. εἰ δ' ἀναβιῴη τοῦ ἀνθρώπου τὸ σῶμα τοῦτο τεθαύμακε καὶ ἀπιστεῖ. ὁ τοὺς προγόνους ἀθηναίους αὐτόχθονας εἶναι πειθόμενος. καὶ μὴν ταύτην τὴν ἀπιστίαν προαναιλῶν ὁ δημιουργὸς, τοσαῦτα θαύματα παραπλήσια δέδωκεν, ὡς ἂν μηδ' ἐκεῖνο ὕστερον ἄπιστον ὀφθείη.

καὶ τὴν γῆν ἐξαγαγεῖν κελεύει, πολλὰ μὲν ζῶα, πολλὰ δὲ φυτά. μυρία δὲ σπέρματα προγυμνάζων εἰς τόκον. ὡς ἂν μὴ καινὸν αὐτῇ δόξοι τὸ πρόσταγμα. εἰ γὰρ ζῶντα σώματα καὶ ἔμψυχα δίδωσιν, οὐκ ἂν ἔτι ξένον ὀφθείη. αὐτὰ μόνα τῶν ἀνθρώπων ἀποδιδόναι τὰ σώματα. Θεόφρ. ἔστιν ἢ πείθεις. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ σῶμα μεμορφωμένον διέμενεν, οὐκ ἀπίθανον ἦν αὖθις ὥσπερ εἰς ἄγαλμα τὴν ψυχὴν ὑποδῦναι. εἰ δὲ πολλῶν ἐτῶν ἡ τοῦ σώματος ἁρμονία λέλυται, πῶς ἂν ὕστερον αὐτῷ χρήσεται ἔτι; Αἰγυπτ. ἦ που ἄρα τὰ παρ' ἡμῖν σώματα ῥαδίως ἀναβιώσεται. κεῖται γὰρ τεταριχευμένα, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ψυχῆς ἕτοιμα. Ἀξίθ. ὡς εὔχαρις ὁ Αἰγύπτιος. ὁ δὲ Θεόφραστος οὔπω κατενόησεν ὡς οὐδὲν διαφέρει νεκρὸς διαχυθεὶς καὶ ἔτι συμπεπηγώς. ὁμοίως γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ἡ ἁρμονία διαλέλυται. οὐ γὰρ ἂν ἀπέστη σώματος ἡ ψυχὴ μὴ τῆς ἁρμονίας λυθείσης, ὥστε τοῦ γεγραμμένου ὁ νεκρὸς ἄνθρωπος, οὐδὲν ἄμεινον ὅτι μὴ καὶ ἀσθενέστερος. ὁ μὲν γὰρ εὔχρους τε καὶ ἐν ὥραις, ὁ δὲ ἀπηνθηκώς, καὶ ὅλος ἔξωρος. ἢ τοίνυν τὰ χρώματα καὶ τοὺς εἰργασμένους λίθους εἰς ὑποδοχὴν ψυχῆς νεκροῦ σώματος χρὴ προτιμᾶν. ἢ οὐδὲν διαφέρειν ὁμολογεῖν εἰς κοινωνίαν ψυχῆς τὸ συνεστηκὸς σῶμα τοῦ διεσκεδασμένου. ἐπεὶ καὶ νῦν ἀφικνουμένους οὐ τέλειον εὑρίσκει τὸ σῶμα. ἀλλ' ἄμορφον τὸ σπέρμα. ἀλλ' οὔτε φαινόμενον ἰσχυρόν, ἀλλ' ἡ ἔνδον λανθάνουσα δύναμις. Θεόφρ. ὅπως οὖν ἑκάστη ψυχὴ τὸ ἑαυτῆς ἀναλήψεται σῶμα; Ἀξίθ. ἐξ ὕλης καὶ εἴδους τὸ σῶμα. ἡ μὲν οὖν ὕλη φθείρεται καὶ διαλύεται. μένει δὲ ὁ ἄνισος τοῦ εἴδους ὁ λόγος. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ ὁ σῖτος ὅταν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι σπείροντες γῇ κρύψωσιν, αὐτὸς μὲν ἐφθάρη καὶ ἐξεχύθη καὶ τέθνηκεν. ὁ δὲ δημιουργὸς αὐτοῦ λόγος, ἀδιάφθορος καὶ συγκεκροτημένος. καὶ οἷον ἀθάνατος. ὃς ἐρρωμένος διαμένων, καὶ τὴν ἐν κύκλῳ τοῦ σπέρματος γῆν συλλέγων, καὶ τὸ περικεχυμένον ὑγρὸν ἐφέλκων, καὶ τῇ θέρμῃ περιθάλπων ἀναζωπυρεῖ. καὶ σβεσθέντα τὸν σῖτον, καὶ ῥίζαν ἐγκατέπηξε καὶ φύλλον ἐξέφυσε, καὶ τὴν καλάμην διήγειρε. καὶ τοὺς στάχυς ἐξέθρεψε. καὶ ἁπλῶς ἄνω τὸν κάτω σῖτον αὖθις ἀναβιῶναι πεποίηκεν. καὶ ὁ τῶν ὀλύρων λόγος ὀλύρας διέσωσε. καὶ ὁ τῶν κυάμων κυάμους, καὶ ἄπιστον τούτων οὐδέν. εἰ δὲ δέοι τὸν ἄνθρωπον ἀνασωθῆναι, φθόνος δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων ἀπιστία. εἰ τοίνυν ἐν τοῖς θνητοῖς ὁ τοῦ εἴδους λόγος ἀθάνατος.

Etenim telluri mandat, ut multas producat & plãtas & bestias, ipse interim ad uberiorem partum innumera semina præparans, ut ne nouum ei uideatur hoc deinceps imperiũ. Nam si uiua atque animata corpora dederit, non erit deinceps nouum quicquam, si hæc eadẽ hominum corpora solum reddat. Theophr. Licet hoc mihi persuadeas: sed si corpus in ea, quam nunc habet, forma perduraret, haud incredibile mihi uideretur animam iterum in idipsum, quasi quandam statuam subire. Sin autem sit multis iam annis hæc corporis constitutio proportióque soluta: quo pacto hoc ipso iterum utetur? Aegypt. At certe nostra corpora facile reuiuiscent, quando iacent belle condita, atque ad suscipiẽdam animam præparata. Axith. Quàm lepidus est Aegyptus? Theophrastus autem nondum animaduertit parui referre, diffusum ne sit cadauer, an adhuc compactum, æque enim in ambobus compago compositioq; mẽbrorum soluta est. Neque enim à corpore discedit anima, nisi compositione soluta, quò fit ut homine picto nihilo præstet, sitq; potius imbecillior. Ille enim pulchro colore uenustus, & in suo & quasi flore est: hic autem florere omnino desijt, estq; totus exoletus. Igitur aut colores, & elaboratos lapides ad suscipiendum animam aptiores esse, quàm sit hominis defuncti corpus, existimandum: aut confitendum est, ad consortium animæ, sit ne compactum an diffusum corpus, nihil afferre: quando anima, ne nunc quidem in corpus migrãs ipsum perfectum atque omnibus suis partibus absolutum corpus, sed informe semen inuenit. Quin illud ipsum etiam eius robur, nondum cernitur, magisque intus latens uis est ipsum erigens. Theophrastus. An igitur suum quæq; anima proprium corpus recipiet? Axith. Corpus hominis materia & forma constat. Iam materia quidem corrumpitur atque dissoluitur, immunis autem ab interitu formæ causa aut ratio, omnis manet. An uero non uides, ut triticum quod quisementem faciunt homines, humi condunt: ipsum quidem totum perijt, diffusum est & mortuum: at efficiens eius causa incorrupta, inconcussa, quasiq; immortalis existit. Quæ etiam salua permanens, & omnem circum se humum colligens, humorémque undiquaque circumfusum attrahens & calore fouens, extinctum iam triticum resuscitat, & radices altius figit, & florem emittit, & culmum erigit, & aristas nutrit, omninóque defunctum triticum ut reuiscat, facit. Eodemq; modo siliginis causa siliginem, fabæq; fabas hucusq; cõseruarunt: nec est eorũ incredibile quicquã. Sin res postulet hominem saluũ conseruari, dæmonũ inuidia accidit, ut ab eo assensum cohibeamus. Si igitur in caducis mortalibusq; rebus formæ cõseruatrix causa sit immortalis,

multo magis immortalis animæ causa fuerit immortalis, nec ullo tempore dissoluitur, sed in seipsa manes cum libuerit, & opportunum uisum erit, (sunt enim omnia perbene constituta atque optimo ordine collocata) materiam totam exuscitat, ui sua in pristinum statum restituit atque exornat. Quò fit, ut sua animæ cuiusque forma sit cognitu facillima. Sed & Deus ipse, qui in unum animas omnes uocat, ad suam propriam formam, etiam unãquamque animã mittit: & separat alias ab alijs, & distribuit præmia ac pœnas. Idque haud secus facit, ac qui apud nos sunt boni pastores, solent sua pecudibus, quas innumeras habẽt, loca propria destinare: nempe ut & eas ipsi facile discernant, & illæ quàm minimum inter sese perturbentur. Iam uero cum pluat ipse Deus, cum multæ sint arbores & plantæ: cum una aqua: iuxta tamen cuiusque illorum omnium causæ, illa una eandemque aquam in suã ipsius propriam formam trahit: tum confert colorem, magnitudinem, dulcorem, amarorem, calorẽ, frigus, & aut bonum aut malum odorem. Atque hæc res homines sapientes nunquam perplexos fecit: sin opificis edicto fiat: ut anima, quæ est aliàs immortalis, suam ipsius recolens formam agnoscat, ac recipiat: solum id est & uidetur illis eiusmodi, ut de eo dubitent, ac secum ipsi pugnent. Statuendum est igitur, formam, qualis initio prodijt, talem prorsus mansisse: materiam autem, quoniam subiecta est, & ad suscipiendã quamlibet formam facta, eam quę melior est & prestantior, omnino suscipere Veluti ponas ob oculos Achillis statuam æreã. Is æreus Achilles temporis uetustate consumatur: æsque illud abiectum aliqui sibi sumant, atque in frusta minutissima sectum, passim disseminẽt. Ibi tum peritus aliquis artifex, æris materia, ut ad artẽ aptissima collaudata: æs illud omne conquirat atque inueniat: ac deinceps conflatum & expurgatum arte & facultate quadam sua, ipsum æs in aurum conuertat, eique Achillis formam inducat: erit profecto & uidebitur aureus idem ille Achilles, qui prius fuerat æreus. Eodem modo nostrorum corporũ materia procul ab se remotis, pondere, & situ, & mortalitate: supremi conditoris arte & summa gratia, pura, & leuis, & immortalis euadit. Oportebat enim eam, quoniam ad immortalem animæ societatem facta fuit, immortalitate, cuius antea quoque gustum aliquem, siue fructum ceperat, aliquando potiri. Aliàs enim, ut sæpe dictum est, obijsse nonnunquam profuit: nempe ut malitia, aut amputetur, aut ipsa sibi pœnam inueniat. Cæterum si nostra corpora omnino rediguntur in nihilum, quamobrem eis tanta uirtus insedit, uti sepulchris condita plus possint, quàm olim, cum terra tota oberrarent. Audis Oedipum, ut Coloneiacens, Atheniensibus sit uisus in Scyro sepultus esse.

εἴπουγε τῆς ἀθανάτου ψυχῆς ἀθάνατος ὁ λόγος. καὶ οὔποτε χρόνῳ διάλυται. ἀλλ' ἐν αὐτῷ μένων, ὅταν ἡ προθυμία πάρῃ. πάντα γὰρ εὖ μάλα πεέρηται, καὶ τέτακται. διεγείρει τὴν ὕλην ὁ κοσμῶν καὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὸν ἀρχαῖον τρόπον. ὥστε τῇ ψυχῇ γνωριμώτατον εἶναι τὸ εἶδος. καὶ αὐτὸς ὁ συγκαλῶν θεὸς ἑκάστην ψυχὴν πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐκπέμπει καὶ διαχωρίζει, καὶ διανέμει, καθάπερ ποίμνην οἱ ἀγαθοὶ νομεῖς. οἳ μυρίων ὄντων βοσκημάτων, διακρίνουσι ῥαδίως ἃ χρὴ ἕκαστα καὶ οὐδὲν μήποτε συνταραχθείη. καὶ νῦν ὕει μὲν ὁ θεός. μυρία δὲ τὰ διάφορα καὶ βοτάναι. ἓν δὲ τὸ ὕδωρ. ἀλλ' ὅμως ἑκάστου λόγος τὸ αὐτὸ ὕδωρ ἕλκων, πρὸς τὸ οἰκεῖον μετέβαλεν εἶδος, καὶ σχῆμα καὶ χρῶμα. καὶ μέγεθος, καὶ ἡδὺ καὶ πικρόν. καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν. καὶ εὐῶδες καὶ οὐκ εὐῶδες. καὶ ἀεὶ μὲν παράδοξον τὸ γιγνόμενον. ἀλλ' ὅμως οὐ διετάραξε τοὺς σοφούς. εἰ δὲ τοῦ δημιουργοῦ προσῆλθε τὸ κήρυγμα. καὶ ἡ ἀθάνατος ψυχὴ μεμνημένη τὸ οἰκεῖον εἶδος ἐπέγνω καὶ ἀνέλαβε. πρὸς τοῦτο μόνον ἀποροῦσι καὶ διαμάχονται. τὸ μὲν οὖν εἶδος οἷον τὸ πρῶτον προσῆλθε, τοιοῦτο διέμεινεν. ἡ δὲ ὕλη ὑπόκειται γὰρ πάσῃ ποιότητι δεξαμένη τις τὴν μεταβολὴν ὑποδέχεται. οἷον εἰ ἀχιλλεὺς εἴη χαλκοῦς. λυθείη δὲ χρόνῳ οὗτος ὁ ἀχιλλεύς, καὶ τινῶν τὸν χαλκὸν ἠμελημένον λαβόντων, καὶ κατακερματισάντων, πανταχοῦ διασπείρουσιν. ὁ δὲ σοφὸς δημιουργὸς ἐπαινέσας τοῦ χαλκοῦ τὴν ὕλην ὡς ἐπιτηδείαν τῇ τέχνῃ, καὶ χαλκοῦν συλλέγων τὸν ὅλον ἐξεύρῃ συγχωνεύσας, καὶ ἐκκαθάρας, καὶ σοφίᾳ τινὶ καὶ δυνάμει τὸν χαλκὸν εἰς χρυσὸν μεταβαλὼν, τοῦ ἀχιλλέως ἐπάγοι τὸ εἶδος, ὀφθείη ἂν χρυσοῦς ὁ πάλαι χαλκοῦς. ἀχιλλεὺς μέντοι. οὕτω τῶν σωμάτων ἡ ὕλη. τὸ βαρὺ καὶ κεχυμένον καὶ θνητὸν διαφυγοῦσα. τῇ τοῦ δημιουργοῦ φιλοτιμίᾳ καὶ τέχνῃ, καθαρὰ καὶ κούφη καὶ ἀθάνατος γίγνεται. ἔδει γὰρ αὐτὴν πρὸς τὸ ἀθάνατον τῆς ψυχῆς κοινωνίαν πεποιημένην ἀθανασίαν ποτὲ μεταλαγχάνειν. ἧς καὶ τὸ πρῶτον ἀπήλαυσεν ἄν. εἰ μὴ διὸ πολλάκις εἴρηται χρόνον τινὰ τεθνάναι συνεχωρήθη. καὶ ὡς ἂν ἡ κακία διακοπῇ. ἢ καὶ αὐτὴ ἑαυτῇ τὴν τιμωρίαν ἐξεύροι. εἰ γὰρ εἰς τὸ μηδὲν τὰ σώματα διελύετο, τί ποτε ἄρα τοσοῦτον ἰσχὺν αὐτοῖς ἐναπέμεινεν. ὥστε μεῖζον ἰσχύειν ἐν θήκαις καθιδρυμένα. ἢ ὅτε πανταχοῦ γῆς περιῄει. ἀκούεις τὸν οἰδίπουν ὡς ἐν κολωνῷ κείμενος, ἐν σκύρῳ κεῖσθαι τοῖς ἀθηναίοις ἐδόκει;

λέγεται δὲ ἀθηναίοις ἐπειδὴ ἐν νόσῳ ἦν, τὸν ἀπόλλω χρῆσαι θησέα τὸν αἰγέως ἐπὶ τὰς ἀθήνας μεταβιβάζειν. ἐν σκύρῳ δὲ κατωρώρυκτο. ἐκεῖ γὰρ δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησεν. ὑπειπόντα οὐκ εἶναι τῶν παθημάτων λύσιν, πρὶν ἂν τοῖς ἀθηναίοις κατατεθνηκὼς ὁ θησεὺς συνοικισθείη. ἅμα τε τῆς ἀττικῆς τοῦ θησέως τὸ λείψανον ἐπέβη. καὶ ὁ λοιμὸς οὐκ ἔτι ἦν. ἢ οὔπω μεμάθηκας ὅτι ὁ ὀρέστης ἐν σορῷ παρὰ τοῖς ἀρκάσιν ἐκρύπτετο. συχνῷ δὲ χρόνῳ μετὰ τὴν ὀρέστου τελευτὴν οἱ λακεδαιμόνιοι τοὺς ἄλλους πολέμους εὐπράττοντες, ἀπὸ τῶν ἀρκάδων οὐχ ὡς ἤθελον ἀπηλλάττοντο. ὡς δὲ οὐκ εἶχον οἵτινες γένωνται ὅτι χρὴ ποιεῖν, ἐρωτῶσι τὸν ἀπόλλω. ὁ δὲ αὐτοῖς ἀνεῖλεν, οὐχ ὁπλίτας παρακαλεῖν, οὐδὲ ἱππέας συλλέγειν. ἀλλ' ἕνα νεκρὸν ἄνθρωπον εἰς συμμαχίαν εὑρίσκειν. καὶ ἐδίδασκεν ἀσαφῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἐδίδασκεν ὡς ἐν χαλκίδι τοῦ ἀγαμέμνονος ὁ παῖς καίοιτο. καὶ ὡς τοῦτον ὑποκλέψαντες μεταθήσουσι μετ' ἐκείνου τὴν νίκην. εὑρίσκουσι τὸν ὀρέστην, καὶ ὑποκλέπτουσι καὶ τὸ λοιπὸν ἐνίκων. εἰ τοίνυν οἰδίπους ὁ τῇ μητρὶ συγγενόμενος καὶ ὀρέστης ὁ τὴν μητέρα ἀπεκτονὼς. καὶ θησεὺς ὁ σωφρονοῦντα τὸν παῖδα ταῖς ἀραῖς κατασύρων ὑπὸ γῆν ὄντες τὴν γῆν διασώζειν λέγονται, ἤπουγε ἄνδρες τὸν βίον ὅλον ταῖς ἀρεταῖς συμμετρήσαντες, καὶ τὴν τελευτὴν αὐτὴν ὑπὲρ εὐσεβείας λαμπρῶς ἀναδεξάμενοι, ὡς ἐγὼ κατανενόηκα ἀνδρῶν ἀγαθῶν συχνὰ σώματα τοσοῦτον ἐκδειματοῦντα τῶν δαιμόνων τὰς φάλαγγας, ὅσον ἐκεῖνοι τὸν τεθηραμένον ἄνθρωπον, καὶ τὰ μυρία νοσήματα, ἐν οἷς τῶν ἰατρῶν ἠσθένησεν ἡ τέχνη ῥαδίως χαλῶντα καὶ ἐκκαθαίροντα, καὶ ὅλως ἐκκόπτοντα. εἰ δὲ μελλούσης ἀθανασίας τὰ σώματα παντελῶς ἄμοιρα ἦν, ἀσθενῆ τε καὶ περιττὰ καὶ εἰκῇ κείμενα ἦν, καὶ ἄλλως εἰς τοὺς πονηροὺς ἀνάγκη μετὰ σώματος ὁποτέρου βούλεσθαι εἰς τὸ τῆς τίσεως ἰέναι δεσμωτήριον. πῶς οὐ δίκαιον τῶν τῆς ψυχῆς καλῶν ἀπολαύειν τὸ σῶμα. ὅπερ ἐν ταῖς συμφοραῖς οὐκ ἀποδιδράσκει τὴν κοινωνίαν. σοφὸν δὲ τὸ μηχάνημα, τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος ἀπανίστασθαι. ὡς ἂν τὸ πάθημα μάθημα γένοιτο. ὅση μὲν ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις, οἵα δὲ ἡ τοῦ σώματος ἀσθένεια. νόμος δὲ αὖθις ἀναβιῶναι. οὐ γὰρ ἔδει τὸ σῶμα εἰς ἀεὶ μάτην ἐρρίφθαι ἐπειδὴ τὸ πρῶτον, ψυχῆς ἀθανασίας ἐγεύσατο.

Fertur etiam, Athenienſibus, cum peſte premerentur, Apollinem conſultum reſpondiſſe, ut Theſeum Aegei filium Athenas transferrent. In Scyro autem ſepultus fuerat, in qua etiam dolo oppreſſus obierat. Monebat igitur Apollo, finem morborum nullum prius fore, quàm apud Athenienſes Theſeus iam defunctus conderetur. ac poſtquam in Atticam regionem Theſei reliquiæ ſunt deportatæ peſtis etiam illa ceſſauit. An uero non hoc etiam cognouiſti, ut Oreſtes quadam apud Arcades urna delituerit: Longo uero poſt eius mortem tempore Lacedæmonij, cum bella prius omnia fœliciter geſsiſſent, ab Arcadibus, contrà ac cogitarant, uicti ſunt & profligati? Cum rerum ſuarum incerti prorſus eſſent, Apollinem, quid facto opus eſſet, rogarunt. Is reſpondit, non armatos milites aduocandos, non cogendos equites: ſed unum iam olim uita functum hominem in belli ſocietatem inueniendum. Et docuit obſcure quidem, ſed docuit tamen: quod in Chalcide Agamemnonis filius iaceret, eum illi clam ſurriperent, ſicque unà cum ipſo uictoriam ſimul ad ſe transferrent. Inueniunt igitur Oreſtem, eúmque ſuffurantur ac deinceps ſemper uincunt. Igitur, ſi Oedipus ille, qui rem cum matre turpiter habuit, & Oreſtes, qui matrem interemit, & Theſeus, qui pudicum puerum corrupit, terra iam operti, terram ipſam conſeruare dicuntur: an non ij potius, qui uitam omnem in uirtutum ſtudio conſumpſerunt, ac mortem ipſam illuſtriorem, pro uera erga deum pietate fortiter obierunt? Quemadmodum ego noui multa bonorum uirorum corpora, quæ etiam phalanges dæmonum tantopere terrerent, quantopere ipſi uexabant hominem abs ſe captum atque obſeſſum: itémque morbos innumeros, quibus curandis ars medica non ſuffecerat, ipſa facile curarent, perpurgarent, omninóque auferrent. Si uero futuræ illius immortalitatis omnino expertia ſunt noſtra corpora: certe etiam infirma, ſuperuacanea, prorſúſque abiecta ſint neceſſe eſt. Præterea ſi ſceleratos oporteat in pœnarum carcerem deſcendere, quo pacto iuſtum non erit, animæ bonis id corpus frui, cuius in aduerſis rebus ſocietatem nunquam declinauit? Eſt autem hoc ſanè quàm ſapienter excogitatum, ut anima aliquauſque à corpore diſcedat: quando hoc ipſum pati diſcere eſt, uidelicet, quanta ſit animæ uirtus, quantáque ſit corporis imbecillitas. At legis habendum loco, quod ipſum reuiuiſcat. Neque enim oportebat corpus, quaſi fruſtra factum, ſemper abiectum eſſe, cum initiò ſtatim animæ immortalitatem deguſtarit:

ſed neque in hanc quoque uitam reuiuiſcere, quandó primùs in hanc uitam ortus noſter ad demonſtrandum uſum uitæ humanæ ſufficiebat. Sed & ocioſa mors eſſet, ſi in uitam eandem iterum eſſet redeundum. Inanes autem, & fabularũ ſimiles eſſe rationes iſtas iam antea ſatis eſt demonſtratum. Neque enim obliuiſci illarum potuiſti, qui memoria polles maxima. Illud potius eſt uerum, in uitam immortalem nos reuicturos eſſe: eámque bonis quidem iamdudum optatam, malis autem & ijs, qui dum in uiuis eſſent, nullarum rerum metu coërceri poterant, omnino terribilem ac metuendam.

Theophraſtus. Egregiè tu quidem hæc oratione explicaſti. Sed ſi corpora ad tuendum ſuam cum animabus ſocietatem æterna fiunt, uidetur profectò, brutorum animantium corpora, ipſa quoque ſempiterna fore: quippe quæ & ipſa ſuas animas adepta ſint. Axith. Animas quidem, ſed rationis expertes, & mortales, & quæ ſimul cum corporibus intereant. Iam ſi defecerit anima, ſuperuacaneum fuerit corpus ſuſcitare, quando non ſua ipſorum, uerum animæ gratia corpora ſuſcitantur. Ergo brutis animantibus nihil inſitum eſt, quod ſit immortale. Nam & illorum animam mors ſuperat: noſtra uero anima, quæ eſt immortalis ipſa, ubi in unam cum corpore ſocietatem coierit, immortalitatis ei ſemen quaſi quodam modo infudit. Ac quoniam homo ſupremi illius opificis maximum, quaſi germen atque opus ſit: nec conueniebat, nec poterat fieri, ut humanæ ſubſtantiæ quicquam prorſus mortale permaneret. Sed quoniam brutorum animantium ortum ex elementis educi iuſsit, idq; eius edictum ſit iam ipſa naturæ uis & potentia: ea talibus támque fluxis rebus quaſi parentibus orta, ipſa quoque diſſoluantur atque intereant neceſſe eſt. Neq; enim æternitatis ſiue guſtum, ſiue fructum ullũ ceperunt. Humanum autem corpus, quoniam cum anima ſimul egit, immortali quoque alimento, quaſi nutriri cœpit, & ad omnem artem apte & ſuauiter incitatum eſt, hócque ipſo ſibi immortalitatis aliquid iam attraxit, nec parum illius nectaris guſtauit. Qua de cauſa collapſum non perpetuo iacebit. Etenim ſi ſole ui caloris ſui in frigidam aquam agente, aqua ipſa caleſcit atque ex ſe quaſi ignem flammamq; emittit: quis non credat, humanum corpus, ſuſcepta anima tota immortali, uim ignémue æternitatis ſibi quoque uendicaſſe? Veluti ſulphur quid eſt aliud quàm terra quaſi igne ſuccenſa? ea tamen iacet, eſtq; & uidetur ei qui tangit frigida & abiecta: at ignem, quem occultatum intra ſe habet, adhibitum facile & extemplo arripit, celeritérque ſuccendit, uímque ſuam re ipſa monſtrat, atque in ordinem ſeu naturam ignis propere tranſit.

Hoc

ἀλλ' οὐκ εἰς τόνδε τὸν βίον ἀναβιῶναι, ἱκανὴ γὰρ
ἡ πρώτη γένεσις τοῦ παρόντος αἰῶνος ἐκδιδά-
ξαι τὴν πεῖραν. καὶ ἄλλως περίεργος ἡ τελευ-
τή, εἰ πρὸς τὸν αὐτὸν αὖθις ὑπεστρέφετο βίον. ἢ
ταῦτα μὲν μυθολογία ὡς καὶ πρότερον ἡμῖν ἀπο-
δέδεικται. οὐ γὰρ ἐπιλέλησαι μνημονικώτα-
τος ὤν· τὸ δὲ ἀληθέστερον εἰς ἀθάνατον ἀναβιώ-
σεται βίον τοῖς μὲν ἀγαθοῖς πάλαι ποθούμε-
νον. φοβερὸν δὲ τοῖς οὐδὲν φοβουμένοις τὸν βίον.
Θεόφρ. Οὐκ ἀγεννῶς ἐπεξέρχῃ τῷ λό-
γῳ· ἀλλ' εἰ τὰ σώματα, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς κοι-
νωνίαν ἀπαθανατίζεται, καὶ τῶν ἀλόγων ζώ-
ων ὡς ἔοικεν ἔσται τοιαῦτα. μετέσχε γὰρ κἀκεῖ-
να ψυχῆς. Ἀξίθ. ἀλλὰ ἀλόγου καὶ θνητῆς ὦ
8 σοφώτατε. ἣ τῷ σώματι συνδιελύετο. εἰ τοί-
νυν ἐκλέλοιπεν ἡ ψυχή, περίεργον διεγείρειν
τὸ σῶμα. οὐ γὰρ ἑαυτῶν ἕνεκα, ἀλλὰ πρὸς χά-
ριν τῆς ψυχῆς τὰ σώματα διανίσταται. τοῖς
μὲν οὖν ἀλόγοις οὐδὲν ἀθάνατον ἐγκατέσπαρ-
ται. ἐπεὶ καὶ τῆς ἐκείνων ψυχῆς κρείττων ὁ θά-
νατος. ἡ δὲ ἡμετέρα ψυχή, ἀθάνατος γὰρ εἰς
ἓν ἐλθοῦσα τῷ σώματι, ἀθανασίας αὐτῷ σπέρ-
μα καταλέλοιπε. καὶ τὸ μέγιστον, αὐτοῦ τοῦ δη-
μιουργοῦ ὁ ἄνθρωπος οἷον γέννημα καὶ ποίη-
μα. οὐδὲν οὖν ἀνθρωπίνης οὐσίας παντελῶς
θνητὸν διαμένειν ἠδύνατο. τῶν δὲ ἀλόγων ζώ-
ων τὴν γένεσιν τοῖς στοιχείοις ἐξάγειν ἐξέταττ-
εν. καὶ τὸ πρόσταγμα, φύσις ἦν καὶ δύνα-
μις. οἷα δὴ ἐκ ῥεόντων πατέρων προελθόντα
παντελῶς διαλύεται. οὐ γάρ ποτε τῆς ἀθα-
νασίας ἐγεύσατο. τὸ δὲ ἀνθρώπειον σῶμα ψυ-
χῇ συνεργαζόμενον ἀθανάτῳ παρετρέφετο. καὶ
πρὸς πᾶσαν τέχνην ἐπιτηδείως καὶ μάλα χα-
ριέντως συγκινούμενον ἀθανασίας τι παρε-
σπάσατο, καὶ τοῦ νέκταρος οὐ παντελῶς ἄ-
γευστος. οὐκ ἄρα πεσὼν ἐσαεὶ κείσεται. εἰ γὰρ ἡ-
λίου προσπίπτοντος ὕδατι ψυχρῷ, θέρμη τε
ἐπεγένετο, καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος πῦρ ἀνῆ-
κε καὶ φλόγα, τίς ἂν ἀπιστήσειεν εἰ τοῦ ἀνθρώ-
που τὸ σῶμα ψυχὴν ὅλην ἀθάνατον εἰσδεξά-
μενον δύναμιν καὶ ἀκτῖνα τῆς ἀθανασίας ἐκτή-
σατο. οἷον γῆ πυρωθεῖσα τὸ θεῖον. ἣ τέως μὲν
κεῖται ψυχρὰ τῷ ἁπτομένῳ καὶ ἄτυφος. ἐπει-
δὰν δὲ πυρὸς ἐγγὺς γένηται, τοῦτο ῥᾳδίως ἀνήρ-
πασε. πρὸς ὃ τὸ πρῶτον ἐλάνθανεν ἔχουσα, καὶ
ταχέως ἐξήφθη, καὶ ἐνεργείᾳ τὴν δύναμιν ἔ-
δειξε, καὶ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς τάξιν ἐπάγεται,

οὕτω δὴ τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ συμμίξαντα, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ψυχρὰ καὶ ἀκίνητα παντελῶς ἀπέρριπται. ψυχῇ δὲ κοινωνεῖν ἐπιτήδεια, κἂν ποτε αὖθις σύμμιξις, ἑτοίμως περιθάλπεται καὶ διανίσταται. καὶ ἡδέως συνέπεται. καὶ πρὸς ἀθανασίαν ἀνέδραμε. καὶ οὐκ ἀπίθανος ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴ τῆς ὕλης. ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν οἱ περὶ τὴν ὕλην σοφοὶ ἄργυρον καὶ καττίτερον παραλαβόντες καὶ τὸ εἶδος ἀφανίσαντες, ἐπὶ τὸ σεμνότερον μεταβαλόντες τὴν ὕλην, χρυσὸν κάλλιστον ἐποίησαν, καὶ ἡ ψάμμος διεσκέδασται, καὶ τὸ λίτρον διακέχυται. ἀλλ' ἀνθρωπεία τέχνη καινήν τινα καὶ διαφανῆ τὴν ὕελον ἐκ τούτων ἐπενόησε. τὴν δὲ τῶν φυτῶν μεταβολὴν ᾄδουσι τῶν γεωργῶν οἱ παῖδες. τί οὖν ἀνθρώπων τὸν τῶν ἀνθρώπων δημιουργὸν ἀσθενέστερον καὶ ἀπειρότερον ὑπειλήφατε. καὶ οὐδὲ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν γιγνομένων ἡ πίστις τὴν περὶ τῶν μελλόντων ἀπιστίαν ἐξήλασεν. ἀλλὰ πολλὰ μὲν πρὸ τοῦ ἀγῶνος τὰ γυμνάσια πρὸς δὲ τὸν ἀγῶνα πάντων ἐπιλελησμένοι διαλύεσθε. εἰ γέγονεν ὁ κόσμος, ὥσπερ οὖν γέγονε γηγενὴς κατὰ τὸ σῶμα τὸ πρῶτον ὁ ἄνθρωπος. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν. οὐκοῦν κατὰ φύσιν ἀπὸ τῆς γῆς ὕστερον γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, τί οὖν πρὸς τὰ ἀληθῆ, καὶ τὰ ὁμολογούμενα νεανικῶς διαμάχεσθε. οἱ τὰ ἀφανῆ καὶ τὰ ἄτοπα μάλα ἡδέως προσιέμενοι. ὑμεῖς γὰρ εἰ τὸν γλαῦκον τὸν μίνωος ἀποπνιγέντα τῷ μέλιτι πολύειδος ὁ μάντις ἐξ ἄργους εἰς κρήτην ἀφικόμενος ἀναστῆσαι λέγοιτο. παρὰ τοῦ δράκοντος τὴν πόαν μαθὼν ἀβασανίστως δέχεσθε. καὶ ὅτι τὸν ἱππόλυτον ὁ ἀσκληπιὸς. ἢ τὸν τυνδάρεων. λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο. καὶ ὡς τὴν ἄλκηστιν ἡρακλῆς, καὶ τὸν θησέα, καὶ τίμωνα, καὶ λυδόν. καὶ τιμοσθένην τὸν ἀθηναῖον, ἐνδόξῳ τὰ τοιαῦτα συγγράφοντι πείθεσθε. πίνδαρος δὲ ὁ θηβαῖος, καὶ ἡρόδοτος ἁλικαρνασεὺς ἀριστέα φασὶ τὸν προκοννήσιον εἰσελθόντα παρὰ τὸν κναφέα ἐν προκοννήσῳ, ἐκεῖ καὶ τεθνάναι. καὶ ἀφανισθέντα κυζικηνοῖς φανερῶς διαλέγεσθαι. καὶ διακοσίοις ὕστερον ἔτεσι καὶ τεσσαράκοντα ἐν Ἰταλίᾳ μεταποντινοῖς ὀφθῆναι. καὶ κελεύειν ἑαυτὸν θυσίαις τιμᾶν. καὶ τὸν ἀπόλλω, συνείπετο γάρ, ἔφη τῷ ἀπόλλωνι τότε κόραξ ὑπάρχων ὁ νῦν ἀριστεύς. καὶ τοὺς μεταποντινοὺς πέμψαντας εἰς δελφοὺς ἐρωτᾶν τὸν ἀπόλλω εἰ χρὴ τῷ ἀριστεῖ πείθεσθαι.

Hoc modo hominum corpora, postquam cum animæ immortali natura coniuncta fuerint atque commixta: aliàs quidem frigida & immobilia prorsus iacent: at cùm sint ad ineúdam cum anima societatem apta, quamprimum eadem deinceps eis iterum obtigerit coniunctio, prompta profecto sunt & parata ad id, ut se foueri sinant ac resurgant, ut suauiter ipsam sequantur, & ad immortalitatem recurrant. Neque incredibile est materiam in meliorem statum commutari. Nam & apud nos: qui materię peritiam aliquam habent, ij sibi árgetum & stannū sumunt, priore metalli genere deleto, materiam ipsam in augustius & preciosius conuertunt, atque aurum pulcherrimum efficiunt. Pariter etiam arena dispersa, & nitrum diffusum iacent: at ars humana, uitrum ex his nouum & perspicuum ut fiat, excogitauit. Plantarum autem mutationes uel agricolarum pueri canunt. Quid igitur eum, qui creauit homines, hominibus ipsis imbecilliorem & rudiorem suspicamur? Annon debebat earum, quæ quotidie eueniunt rerum seu fides, seu certa ac firma persuasio, ut ne de futuris dubij perplexiq; essemus, prohibere? Sed multa cùm sint ante nostrum hoc certamē exercitia: cur eorum omnium obliti quasi metu soluti cedimus? Si factus est mundus, quemadmodum etiam homo factus est, & initio, quoad corpus, terrigena prodijt: Vnde enim aliàs prodijsset? an non est naturę consentaneum, eundem etiam terra deinceps hominem nasci? Quid igitur de rebus omnino ueris & concessis pueriliter disceptatis? præsertim qui & obscura & absurda tā libēter admittitis? Vos enim quod Glaucum Minois filium eum, qui melle suffocatus erat, Polydius uates Argis in Cretam profectus fertur suscitasse, herba uidelicet per Draconem cognita, nulla alia rei probatione requisita recipitis. Et quod itidem fertur, Hyppolitum atque unum Tindari filium Aesculapius, quodq; Hercules Alcestē, Theseum, Timonem, Lycum, Timosthenē Atheniensem suscitarint, Eudoxo rex eiusmodi cō scribenti fidem habetis. Pindarus & Herodotus Halicarnasseus Aristeum illum Proconnesium aiunt in ipsa Proconneso ad fullonem quendam ingressum isthic mortem obijsse: cúmque aliquantisper latuisset, Cycicenis deinceps oppressis uerbis locutum esse: tum ducentis post ac quadraginta annis in Italia Metapontinis apparuisse: ijsq; iussisse, uti ipsum & Apollinem simul, sacrificijs honoribusq; diuinis prosequerentur. Erat enim, inquit, tunc coruus, & sequebatur Apollinē, qui nunc iterū est Aristeus. Vbi uerò Metapontini Delphos misissent, qui consulerent Apollinem, utrum Aristeo fidē habendam cēseret,

Apollinem, siquidem uerbis eius fidem habuissent atque obtemperassent, saluti id fore, respondisse. Quo factum est, ut statua Aristei nomen habens, ponè simulachrum Apollinis erecta iam uideatur, quódque, ut dijs, ambobus uictima communis decernatur. Atque hæc uos omnia, nulla rerum habita ratione, perinde sequimini, ut fruticem pecudes, uobísque inuicem instar Corybantum insanientium applauditis. Nec contrà quisquam unquam scripsit. Cæterum si conditor immortali animæ corpus etiam immortale se facturum polliceatur: aduersus eum ut atrox & subitum bellum moueatur, alij alios incitatis. Atque Plato fertur, Harmonium ex inferis, unà, cum corpore reduxisse. Zoroastres autem uaticinatur fore tempus, quo sit omnium mortuorum resurrectio futura. Sciuit etiam Theopompus quod dico, idq; ipsum alios quoque docet. Sed illis priscorum sapientum nemo, quicquam contradixit. Soli recentiores adeo sunt audaculi, ut uerbo diuino repugnandum existiment: quippe qui à uia seu acie diuina digressi, multum brutæ, & eius quæ rationis omnis est expers naturæ secum trahunt: non solum corpus perpetuo mortale esse sinunt, sed & ipsam animã sua uicti stultitia, mori quasi quodammodo cogunt. Virtutis enim ignorantia reuera animæ mors est. At Hebræorum uaticinia, quæ profecto ipsa quoque nonnullis Apollinis oraculis commendantur, non unam tantũ hominis partem, sed hominem ipsum totum atque integrum uitæ redditum iri pollicentur.

Sunt autem adhuc aliqui, cùm apud Syros, tum alibi quoque homines, qui ab ineunte ætate usque ad senectam ultimam, temperantem modestámque uitam egerunt: atq; etiam animum ad cœlestium, & omnino omnium, quæ mente & intelligentia percipiuntur rerum contemplationem aduerterunt: & ut ei corpus quoque subseruiret, coëgerunt, & hymnis Deum celebrarunt: sicq; & agendo & contemplando ad summum philosophiæ culmen ascenderunt. Hi quo suam, quæ erat eis cum deo, cognationẽ re ipsa comprobarent, pura mente deum ipsum precati, ut mortui reuiuiscerent, effecere. Hancq; satis firmam huius doctrinæ probationem attulerunt. Nullum enim apud eos receptum est dogma, quod solis uerbis constet, ac non potius ex ipsis rebus gestis statim fidem sibi sumat. Et qui miraculi spectator est, is etiam doctrinæ minime dubius aut perplexus auditor abit. Nec fabulæ sunt quod dicimus, nec è longa uetustatis memoria repetitum, sed hac tempestate factum miraculum. Ego ipse uidi senem, & egregie bonum, & deo cumprimis charum. Ei familiaris erat quidem agricola uir simplicis ingenij, & pater unius tantum pueruli: cum quo puero uir ille rusticus senem illum frequenter adibat, uolens aliquid boni facere & discere, illucq;

καὶ τὴν πειθὼ χρῆσαι ὡς πειθομένοις ἄμεινον ἔσαι. καὶ νῦν ἀνδρίας ἕστηκεν ἐπωνυμία ἀρισεὺς, παρ᾽ αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ ἀπόλλωνος. καὶ ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις ἡ θυσία κοινὴ νομίζεται, καὶ τούτοις ἀπερισκέπτως συνέπεσθε. καθάπερ πρὸς θαλὸν τὰ θρέμματα, καὶ ἀλλήλοις συνήδεσθε κορυβαντιώντων. οὐδεὶς γὰρ τἀναντία γράφειν αὐτῆρεν. εἰ δὲ αὐτὸς ὁ δημιουργὸς ἀθανάτῳ ψυχῇ ἀθάνατον αὐτῆς καὶ τὸ σῶμα ποιεῖν ἐπαγγέλλεται, πρὸς τοῦτον ἄσπονδον πόλεμον καὶ ἀκήρυκτον διεγείρειν ἀλλήλοις παρακελεύεσθε. καίτοι καὶ πλάτων μετὰ σώματι τὸν ἀρμόνιον ἐξ ἅδου πρὸς τοὺς ζῶντας ἀνάγει. ὁ δὲ ζωροάστρης προλέγει ὡς ἔσαι ποτὲ χρόνος ἐν ᾧ πάντων νεκρῶν ἀνάστασις ἔσαι. οἶδεν ὁ θεόπομπος ὃ λέγω, καὶ τοὺς ἄλλους αὐτὸς ἐκδιδάσκει. ἀλλὰ γὰρ πρὸς ἐκείνους μὲν τῶν πάλαι σοφῶν ἀντεῖπεν οὐδείς. οἱ δὲ νέοι θρασύνονται, καὶ θείῳ λόγῳ πολεμεῖν ἐπαίρονται, οἷα δὴ θείας μοίρας ἀφεστηκότων, καὶ πολὺ τὸ ἄλογον ἐπισυρόντων. οὐ μόνον τὸ σῶμα θνητὸν εἰς ἀεὶ καταλείπουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὑπὸ ἀλογίας τεθνάναι προσαναγκάζουσι. θάνατος γὰρ ψυχῆς ἡ τῆς ἀρετῆς ἄγνοια. τὰ δὲ τῶν ἑβραίων λόγια. ἃ τὰ τοῦ ἀπόλλωνος ἀνύμνησε λόγια οὐ τοῦ ἀνθρώπου τὸ μέρος, ἀλλὰ ὅλον ἀναβιῶναι τὸν ἄνθρωπον.

Νῦν γοῦν ἔτι παρὰ τοῖς σύροις εἰσὶ, καὶ ἄλλοθι ἄνθρωποι ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας σεσωφρονηκότων, περὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ νοητὰ μετεωρισάντων. καὶ τὸ σῶμα δουλεύειν αὐτῇ, κἀν τοῖς ὕμνοις ἀναπεισάντων. καὶ πράξει καὶ θεωρίᾳ φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἀφικνούμενοι τὴν τοῦ
9 θεοῦ δεικνύντες συγγένειαν. καὶ αὐτὸν καθαρῶς προσκαλούμενοι, νεκροὺς ἀναβιῶναι πεποιήκασι. ταύτην ἱκανὴν ἀπόδειξιν τοῦ δόγματος προσεισφέροντες. οὐδὲν γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς δόγμα μέχρι τῶν λόγων ἵσαται. ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἔργων εὐθὺς λαμβάνει τὴν πίσιν. καὶ ὁ τοῦ θαύματος θεατὴς, ἀπῆλθε τοῦ δόγματος οὐκ ἀμφίβολος ἀκροατής. καὶ οὐ μῦθος τὸ λεγόμενον, οὐδὲ παλαιὸν θαῦμα γενόμενον χρόνῳ διακατέχεται. ἀλλ᾽ εἶδον ἐγὼ πρεσβύτην μάλα καλὸν καὶ τὸ ὅλον θεῷ κεχαρισμένον. τούτῳ συνήθης ἦν γεωργὸς, ἁπλοῦς ἀνήρ. καὶ ἑνὸς παιδαρίου πατήρ. οὗτος μετὰ τοῦ παιδὸς ἅμα παρὰ τῷ πρεσβύτῃ ἐφοίτα. χρηστόν τι ποιεῖν καὶ μαθεῖν βουλόμενος.

καὶ τῶν καρπῶν τὰς ἀπαρχὰς ὥσπερ εἰς ἱερὸν ἐκεῖ διενόμιζε. χρόνος βραχὺς καὶ ὁ παῖς νοσήσας, τελευτᾷ τὸν βίον, καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανεν, οὐ γῆ ἔκρυπτε, καθάπερ ὁ νόμος κελεύει. ἀλλὰ σπυρίδι καταθεὶς ὁ πατὴρ, τοῖς φύλλοις συγκαλύπτει. καὶ ἐπὶ τὸν ὦμον ἀράμενος, παρὰ τὸν πρεσβύτην εἰσέρχεται. καὶ τὸ φορτίον ἀποθέμενος. καὶ ὥσπερ εἰώθει προσειπὼν, καὶ πεπηγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθήμενος μικρὰ εἰπὼν, καὶ ἀκούσας αὖθις ἀπῆλθε. τὸ παιδίον ὡς εἶχε καταλιπών. ὡς τῶν βοτρύων τὰς ἀπαρχὰς ὁ ἥλιος ἔδυ. καὶ ὁ πρεσβύτης προσευξάμενος, ἤμελλε τῶν καρπῶν ἅπτεσθαι. καὶ τὰ φύλλα μετακινῶν, οὐ βότρυς ἀλλὰ νεκρὸν εὑρίσκει τὸν παῖδα. ἐθαύμασεν ὁ γέρων ἡλίκην ὁ πατὴρ ἤλπισε. καὶ πρὸς τὸν θεὸν μετεωρίσας τὸν νοῦν ἐπὶ τὸν παῖδα καταπεσὼν, οὐ πρότερον ἔστη εἰ μὴ τὸ παιδάριον ἀνέστη. οὕτω δὴ τὸν μὲν ἀποστέλλειν παρὰ τὸν φύσαντα, αὐτὸς δὲ φυγὰς ἀπαλλάττεται. ὡς ἂν μὴ ἐνοχλοῖεν θαυμάζοντες ἄνθρωποι. τοῦτο τὸ ἔργον συνᾴδει τῷ λόγῳ. καὶ οὐκ ἂν τοσοῦτον ἐκεῖνος εἰργάσατο, εἰ δόξαν ψευδῆ παρεδέξατο. ἀλλὰ παρὰ θεοῦ τὸν λόγον μαθὼν, εἰς ἔργον μετὰ τοῦ θεοῦ προφέρει τὸν λόγον. τουτὶ δὲ μέγιστον εἶδος ἐλέγχου ποιεῖν ἐκεῖνο ὅπερ ὑπισχνῇ δυνατὸν εἶναι γενέσθαι. Θεόφρ. Παράδοξον μὲν, ἀληθῆ δὲ θεατῇ ῥᾳδίως ἀπιστεῖν οὐ θέμις. ἀξίθ. ἔχω δέ σοι καὶ ἕτερόν τι λέγειν. ἀλλ' ἄκουε ὅπερ ἐγὼ τεθέαμαι, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μαθητὴς οὐ φαῦλος ὑπῆρχεν. ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἔχων, τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρητο. ἐπειδὴ δὲ τὸν βίον μεταλλάττειν ἔμελλεν ὁ διδάσκαλος. παρεστὼς ὁ τυφλὸς ἐδεῖτο βοηθεῖν αὐτῷ ὅτι ἔχοι. ὁ δὲ ἔφη, εἰ ἀληθὴς ἐμοὶ δόξα, εἴθε εὐμενής. ἑβδόμη ἡμέρα τῆς ἀχλύος διαλυθείσης, τουτονὶ θεωρήσεις τὸν ἥλιον. τοσοῦτον εἰπὼν ὁ γέρων ἀπέπνευσε. καὶ οὐκ ἀπέβη ἄλλως αὐτῷ, ἀλλ' ἢ ἡμέραι ἑπτά. ὁ δὲ τυφλὸς ἐκεῖνος τέως χειραγωγούμενος ἐξαίφνης ἐθαύμασε τοῦ ἡλίου τὴν ἀκτῖνα. καὶ ἂν λαβὼν τὰ λόγια, καὶ ἀναγνοὺς δημοσίᾳ κατέπληξε τὸν θεατὴν, καὶ πείθει φιλόνεικον ἀκροατὴν, καὶ ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ ὅτι μετὰ καλῆς τροφῆς καὶ παιδείας ἀπελθοῦσα, τὸ τεθνηκὸς τοῦ σώματος διανίστησιν. Θεόφρ. εὐδαίμων εἶ, καί σοι τοῦ λόγου καὶ τῆς θέας συνήδομαι. ἀξίθ. ταῦτα μὲν παρ' ἡμῖν. γέγονε δὲ καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα καὶ γενήσεται. τὸ δὲ χθὲς καὶ πρώην γενόμενον, καὶ αὐτὸς οἶμαι τεθέασαι. Θεόφ. τὸ ποῖον δὴ λέγεις. ἀξίθ. τὴν μεγάλην λιβύην πικρὰ κατέχει τυραννίς.

illúcque suarum quoque frugum primitias, tanquam ad fanum quoddam afferebat. Accidit haud ita multò post, ut puer graui morbo correptus, uitam cum morte commutaret. Eum iam defunctum pater, non uti lex mandabat, sepulchro condit, sed sportæ impositum, folijs obtectum, atque in humeros sublatum, portans ad senem ipsum intrat: deinceps autem deposito onere, senem, uti consueuerat, affatus: cùm ei intentis in ipsum oculis assedisset, paucáque & dixisset & audisset, puero, ut habebat, ceu uuarum primitijs illic relicto, discessit. At ubi sol iam occidisset, facta solita precatione senex, fructus illos attracturus, folijs remotis, non uuas sed mortuum inuenit, ac quantam pater spem fidémque habuisset, est admiratus. Ergo cum animo in Deum intento super puerũ incubuisset, prius non surrexit, quàm puerum resuscitasset. Atque sic eum suscitatum ad patrem misit, ipse uerò in exilium iuit, ne admiratione eius homines perciti nimis molesti deinceps essent. Atque hoc opus cum sermone cõuenit, cum id ille nõ potuisset unquam efficere, si falsam animo opinionem cepisset. Sed ut uerbum hoc à deo accepit, uerbum in opus auxilio dei producit. Est autem optima argumenti forma reuera præstare, quod facile præstitu polliceare. Theophrast. Inopinatum & rarum hoc est quidem, sed ei, qui factum uiderit, fidem non habere, nec facile nec fas est. Axitheus. Est etiam aliud quod tibi commemorem: idq; ipsum quoniam his oculis uidi, ut audias per quàm uelim. Fuit boni cuiusdã uiri discipulus minime malus. Is animi uenustate præstabat quidem, sed oculorum sensu carebat. Igitur ut magister iamiam uitã cum morte commutaturus esset, cæcus asistens illi, rogabat, uti sibi ad recipiendum uisum opem ferret. Ille uero, si uerum est, inquit, quod ego mihi persuadeo, sicq; deus erit propitius: septimo ab hinc die, soluta hac caligine, certe solem uidebis. Tantum effatus senex, animam exhalauit. Nec secus res euenit, quàm ut die septima cæcus ille, qui hactenus manu ductabatur, repente solis radios, dictu mirum, aspexit, & librũ sumptum publice legit: eoq; & in stuporẽ omniũ animos conuertit, & auditori cõtentioso, quod anima sit immortalis, quodq; bene hic nutrita atq; educta, ac deinceps hinc digressa, corpus mortuũ sit suscitatura, facile persuasit. Theophr. Equidẽ te felicem iudico, tibíque & de ea tua persuasione & te eo quod hoc uideris gratulor. Axith. Atque hæc quidem apud nos ita sunt facta: sed etiam eiusmodi multa, alibi cùm facta sunt olim, tum adhuc fiet. Quod autem heri, & quidẽ paulò ante factum est. id opinor, ipse quoque uidisti. Theophr. Quid id est cedo? Axith. Magnam Libyam dura premi tyrannide.

Ac quoniam

Ac quoniam tyrannis humanitatem siue benignitatem, & sanam atque ueram de rebus sententiam haud admittit, sanè tyrannus criminis in loco ducit eorum, qui ipsius imperio subsunt, pietatem, iubetq; illud tam praeclarum ac bonum dogma sacerdotes abnegare: ijs qui non obtemperant, proh scelus, charam deo linguam excindit: Terei illius, de quo scriptum est in fabulis, exemplum imitatus, qui cùm uim uirgini fecisset, & accusationem sceleris declinare studeret, linguam execuit. At uirgo peplo facinus intexuit, & exponit arte, cum natura, ut eloqueretur, non daret. Illi uero, de quibus nobis est oratio, nec peplo opus habent, sed ipsius naturae conditorem implorant, qui recentiorem eis naturam die tertia post largitur: non dato quidem alterius linguae, sed facultatis sine lingua articulatius quàm unquam antea quod uellent eloquendi munere. Ego uerò putabam fieri non posse, ut tibicen carens tibijs artis suae specimen ullum daret: itemq; citharoedus destitutus cithara, Musicam artem eam exerceret. At nouum hoc spectaculum cogit me sententiam illam mutare, nihilque earum quae uidentur rerum fixum ac firmum existimare, siquidem id deus loco suo mouere uelit. Ipse ego hos uiros uidi, & loquentes audiui, & uocem adeò articulatam esse posse miratus sum, instrumentum uocis inquirebam: & auribus non credens, oculis iudicandi munus remisi, atque ore aperto linguam totam radicitus euulsam uidi ac stupefactus mirabar, non sanè quo pacto uocem conformarent, sed quomodo conseruati essent. Atque hoc ipsum etiam imperiti cuiusque ad credendum duritiem emolliret: ac doceret, uerum ne sit quod dicimus, corpora collapsa resurgere. Illic enim ex ijs, quę existunt, rebus, corporum resurrectio existit: hic uerò ex ijs, quae nusquam sunt, rebus harmonia uocis efficitur. Ac certè ijs quę ferunt, quaeq; norunt illi, quis nisi planè stupidus non accedat atque acquiescat? Theophrastus. Quid enim faceret, ô charissime? uerum dic mihi, unde haec illis sapientibus est cognitio atq; facultas, ut factis asseuerēt quae uerbis docent? Axith. Deus, ô optime, idipsum, quod est, manens, amore nostri generis homo factus est, uerbi sapientiam & operis potentiam ijs qui sunt ad percipiēdum apti, inspirauit. Atq; hic ipse primus, ut qui deus est, suum ipsius corpus ad immortalē uitā resuscitauit, idq; munus deinceps omnibus commune pollicetur. Mendacij uerò arguere non sapiētem uirum, nedum ipsum deum fas est. Quin etiā quasi deus immortalis euadit, nec mortalis est amplius, quisquis dei legibus obtemperat. Est enim & immortalitatis munus, & ut idē quod mēte praeditae facultates solēt, agat iam adeptus: nēpe ut magnifice regi maximo astet, cumq; semper & quocūq; sequatur.

ἄπιστον δὲ τυραννίδι φιλανθρωπία καὶ ἀληθεῖς δόξαι. ὁ γοῦν τύραννος ἔγκλημα ποιεῖται τὴν τῶν ἀρχομένων εὐσέβειαν, καὶ τουτὶ καλὸν δόγμα τοὺς ἱερέας ἀρνεῖσθαι κελεύει. οὐ πειθομένων δὲ, ὢ τῆς ἀσεβείας, θεοφιλῆ γλῶτταν ἐκτέμνει. καθάπερ ὁ τοῦ μύθου Τηρεὺς, βεβιασμένης παρθένου προανελεῖν κατηγορίαν οἰόμενος τὴν γλῶτταν ἀπέκειρεν. ἀλλ᾽ ἡ μὲν κόρη ἐνυφαίνει τῷ πέπλῳ τὸ δρᾶμα καὶ ἑρμηνεύει τῇ τέχνῃ. οὐ γὰρ ἔτι λαλεῖν παρεῖχεν ἡ φύσις. οἱ δὲ, πέπλου καὶ τέχνης οὐδὲν δεηθέντες, τὸν τῆς φύσεως καλοῦσι δημιουργόν. ὁ δὲ νεωτέραν αὐτοῖς φύσιν, ἡμέρᾳ τρίτῃ χαρίζεται. οὐ γλῶτταν ἑτέραν διδοὺς, ἀλλ᾽ ἄνευ γλώττης σαφέστερον ἢ πρότερον διαλέγεσθαι. ἐγὼ δ᾽ ἐπειθόμην ὡς ἀδύνατον αὐλητὴν ἐν ἀπορίᾳ τῶν αὐλῶν, αὐλητικὴν ἐπιδείκνυσθαι. ἀδύνατον δὲ κιθαρῳδὸν ἐν ἀπορίᾳ τῆς κιθάρας, μουσικὴν ἐργάζεσθαι. νῦν δέ με τουτὶ τὸ καινὸν θέαμα ἀναγκάζει μετανοεῖν. καὶ μηδὲν τῶν ὁρωμένων πεπηγέναι νομίζειν. εἰ θεὸς ἐθέλει μετακινεῖν. εἶδον ἔγωγε τοὺς ἄνδρας, καὶ λαλούντων ἤκουσα, καὶ τῆς φωνῆς τὸ ἔναρθρον θαυμάζων, τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον ἐζήτουν. καὶ τοῖς ὠσὶν ἀπιστῶν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπέτρεπον τὴν κρίσιν. καὶ τὸ στόμα διανοίγων ὅλην ἐκ ῥιζῶν ἀνασπασθεῖσαν ἐθεώρουν τὴν γλῶτταν. καὶ ἐκπλαγεὶς ἐθαύμαζον. οὐχ ὅπως τὸν λόγον συνήρμοσαν, ἀλλ᾽ ὅπως ἐσώθησαν. τοῦτο καὶ τοῦ ἀγνώμονος λυέτω τὴν ἀπιστίαν. εἰ σώματα πεσόντα διανίσταται. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὄντων ἡ τῶν σωμάτων ἀνάστασις. ἐνταῦθα δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἡ τῆς φωνῆς ἁρμονία, εἰ ταῦτα δρῶσι. τίς οὕτως ἠλίθιος ὥστε μὴ οἷς ἐκεῖνοι γινώσκουσιν ἀκολουθεῖν. Θεόφρ. Πῶς γὰρ ἔμελλεν ὦ φιλότης, ἀλλ᾽ εἰπέ μοι, πόθεν οἱ σοφοὶ μαθόντες ἀναπείθουσι τοῖς ἔργοις ἃ τοῖς λόγοις προδιδάσκουσι; Ἀξίθ. Θεὸς ὦ γενναῖε, θεὸς μένων ὅπερ ἦν διὰ φιλανθρωπίαν ἄνθρωπος γενόμενος, τὴν τοῦ λόγου σοφίαν, καὶ τοῦ ἔργου τὴν δύναμιν τοῖς ἐπιτηδείοις ἐνέπνευσε. καὶ αὐτὸς πρῶτος οἷα θεὸς ἀναστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα πρὸς ἀθανασίαν, κοινὴν τὴν δωρεὰν ἅπασιν ἐπαγγέλλεται. ψευδολογίας δὲ ἁλῶναι, οὐδὲ ἄνδρα σοφὸν θέμις, μήτι γε θεόν. ὁ τοῖς ἐκείνου νόμοις πειθόμενος. θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός. ὥστε τῆς ἀθανασίας μεταλαχόντα, ταῖς νοεραῖς οὐσίαις ταὐτὸν ἐργάζεσθαι. καὶ σεμνῶς ἤδη τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ παρεστάναι, καὶ βεβαίως πανταχοῦ συνέπεσθαι.

Theoph

Θεόφρ. Πείθομαι. ἤδη γὰρ τινὸς ἐμμελείας αἰσθάνο-
μαι τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ χαιρέτω μὲν ἀκαδημία. πρὸς ἐ-
κεῖνον δὲ ἴωμεν. αὐτὸς γὰρ ὁ πλάτων μέχρι τούτου κε-
λεύει πείθεσθαι πλάτωνι, ἕως ἂν αὐτοῦ σοφώτερος
ἀναφανῇ. θεοῦ δὲ σοφώτερον οὐδέν. ἀξίθ. ἀλλ' ἐ-
πειδὴ πεπείκαμεν, χαριστήρια τῷ θεῷ θύσωμεν.
οὐχ ἑκατόμβην ὡς παρὰ ἀθηναίοις τῇ ἀθηνᾷ.
οὐδὲ μύρμηκα, ὥσπερ ἐν Ἰσθμῷ ἡλίῳ καὶ ποσει-
δῶνι. ἀλλὰ τὸν νοῦν ἐκκαθαίροντες, ὡς αὐτῷ τῷ
θεῷ προσεικάζεσθαι. μὴ θεμιτῷ γὰρ καθαροῦ ἐ-
φάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι νομίζεται. ὦ βασι-
λεῦ καὶ πάτερ καὶ δημιουργὲ τῶν ὅλων. ὦ
πρώτη σοφία τοῦ πατρὸς καὶ λόγε δι' οὗ τὰ παν-
τα παρήγαγες. Τίνι γὰρ ὁ θεὸς ἢ σοφίᾳ καὶ λόγῳ δη
μιουργεῖ; ὦ πνεῦμα ἅγιον. δι' οὗ ὁ θεὸς ἅπασιν ἐμ-
πνέων, συνέχει τε διασώζει, καὶ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει.
ὦ θεία τριάς, καὶ μονὰς ἁγία. δοίης ἡμῖν τοῦ
ἄνω κάλλους τὴν μνήμην δοίης δὲ τῷ παν
τὶ τὴν ἀθανασίαν. ἱκανῶς ἡμῖν
ηὔκται, ἀλλ' ἴωμεν.

ΤΕΛΟΣ ΑΙΝΕΙΟΥ.

Theophr. Credo. Iam enim quendam diuinæ
gratię sensum percipio. Itaque ualeat academia,
potiusque ad ipsum eamus: quando ipse etiam
Plato, eousque sibi credendum dicit, dum quis
ipso sapientior adueniat. At deo sapientior
est nemo. Axith. Iam quoniam isthuc ueni-
mus, sacrificium gratiarum actionis deo offe-
ramus: non hecatomben, ut apud Athenien-
ses, Mineruæ: nec formicam, ut in Isthmo, Soli
& Neptuno: sed perpurgata mente, quo Deo
similes euadamus. impuris enim quæ pura
sunt attingere nefas existimatur. O rex, & pa-
ter, & conditor omnium. ô prima sapientia
patris & uerbum, per quod is omnia produ-
xit. Qua enim re alia quàm sapientia & uerbo
deus omnia creat? O spiritus sancte, per quem
deus omnibus aspirat, omnia comprehendit
ac conseruat, & ad suam perfectionem addu-
xit. O diuina trinitas & sancta unitas: des no-
bis supernæ illius pulchritudinis memoriam:
des omnibus æternitatem. Sed iam satis pre-
cati sumus. Itaque hinc eamus.

FINIS AENEAE.